STE GENEVIÈ

SG


NIC. WOLLICUS

ENCHIRIDION

MUSICES









PARIS

JEAN PETIT

1512








Sum e libris Jacobi mag.
1550

Celuy qui de son prope argent
Jadis fist de moy achet
Il n'est parfond si negligent
Que see qui vient en main luy chet
Pour tant messieurs s'il echet
Que me trouvez en quelque bove
Rendez moy a luy quoy qu'il soit tart
Et sera bien rayson qui paye
Un vin a force de marmoye
Et servisse a vulles un gautier
Et de son nom son sein esmoye
C'est a bien nomme Ernest de ...
Pour arroner mieulx lescripture
Et pour en estre plus certain
Il a en nous sa signature
Qui a fait de sa propre



Res





+ Canseroi

V 5ª eius be

Ad fe licis anne festū omnes exu ant po puli

cuius proles est regina de sancta electa seculi deum


ser a ziam ssa a zis stellat celebs rupta pe perit

et per natū e ius christum nostro eterna


De peritat pad nostrorum sit per uo bis et mater

et fi lia ut in orto spossis rosas

le gamus et li lia



Et exultavit spiritus meus In de



salutari meo

Enchiridiō musices Nicolai wollici Barroducensis de gregoriana et figuratiua atq̃ cōtrapūcto simplici pcommode tractās/ omnibus cantu oblectātibus perutile et necessarium.

¶ Distichon.

Fata regunt musas placidum pertingere callem
Annuet optanti cepta canora deus.

40. Ex libris Stæ Genovefæ Parisiensis. 1753.





Ex libris S. genouefæ parisiensis.

¶ Distichon in zoilum.

Liuidus americos liuenti murmure tractus.
Vadat: vt inuidiam liuor acerbus edat.

1512.

Nicolaus vvolicus Barroducensis ad magnum Eurardum de marchia dignissimũ Leodiennotensemq; episcopum de laude musices Epigra[mma]

Desine Calliope grandi resonare Cothurno
Harmonicis properans iungere vela modis.
Castalides suaui classem vectare susurro
Pieridum placidam (teq; Euerarde) parant.
Pallas que docuit. resecare putamina mundo:
Melliflua hec resecat musica dulce sonans
Musica dulce sonans. iuuat aures carmine blando
Instaurat vires ingenioq; fauet
Dulcedo fingit molles suauissima cantus
Ausones hanc celebrant: grecia docta probat.
Hebreusq; Tubal. necnon et thracius Orpheus:
Et sanni coluit sedula cura senis.
Quoq; magis tribuas his tante laudibus artis
Omnia vt oblectent: musica mella. vide.
Dulcia pierius modulatur carmina cignus:
Atticaq; in siluis gutture vernat auis.
Auia cuncta strepunt: resonant et Achantide dumi:
Carminibus volucres: et genus omne fauet.
His capti pisces. citharam sunt sepe sequuti:
Testis Arionie: fabula nota lyre.
Musica serpentum morsus: et vulnera sanat:
Musica lymphatis mentibus indit opem.
Irati stimulos et corda ferocia mollit.
Hanc etiam morbos posse fugare ferunt.

Hanc tu diuinum munus dubitare caueto
Quisquis es: est nullis artibus ista minor.
O noua lux basaci nostri noua gloria secli
Carnotense decus: presul Eurarde vale.
Viue diu felix / vt erit facundia maior.
Altiloquo mebius te resonabo tono.
Qui stabili superis indulges pectore nymphis.
Ha precor hec hylari munera claude sinu.

¶ Nicolaus wollicus Barroducen. studiosis lutetie adolescentibus. S.

Musicam esse primam omnium illarum septem artium: quas liberales vocant: nemo est etiam de mediocriter litteratis qui nesciat. Sed fortasse tunc aliquanto dignior videbitur/ si constiterit a quibus et quantis viris sit culta: atque in summa ammiratione habita. Taceo de Tubal/ qui eius artis apud priscos vetustissimus inventor fuisse memoratur. moyses autem apud Hebreos. Orpheus vero ephorus/ museus/ Thamyris/ sunt hii thraces qui prisce muse curam studiumque dedisse perhibentur. Quam obrem etiam Emolpo inde nomen inditum: quod est cantori optimo vt strabo refert libro decimo. Pretereo Dauid regem quo cytharam pulsante Saul a furore dementie refocillabatur. Dicam o studiosissimi adolescentes aliquid de philosophis. Hanc pithagoras et Boetius omnium primi artis interpretes tanti fecerunt: vt omnia proportionibus musicis constare affirmarent: hic apud grecos. ille vero apud latinos. Plato singulis orbibus celestibus. singulas sirennes insidere in sua republica docet. Que diuerso quibus spherarum motu. concordibus tamen inter se numeris. deo laudes incessanter modulantur. Item Aristoteles ipse in multis eam passibus sic commendat et presertim in politicis: vt inter ingenuas illam scientias nulli postponat. Musicam quoque a poetis: et clarissimis esse celebratam et precipue ab Homero. Unde Ceu fonte perhenni/ vatum perpetuis ora rigantur aquis. Nullus Paulo studiosior poetarum ignorat. Hoc est quod Apollinem cytharam tenere aiunt. Quod orpheum fluuios detinuisse cuius meminit Vir. in. vi. Si potuit manes accersere coniugis Orpheus Threicia fretus Cythara fidibusque canoris. Amphionemque saxa in muros duxisse musica suauitate fabulantur. Unde maro in Bucco. Amphion dyrceus in acteo aracynto nec Arionis harmonie delphinos maris demulcentis: et nauitarum pericula subterfugientis oblitus quando inquit. Orpheus in syluis inter delphinas arion. Admonet itaque summopere iuuenes simphoniam insectari. Ther. in eu. hiis verbis. Fac periculum in litteris: fac in palestra et in musicis que liberum scire equum est adolescentem solertem dabo quod quidem in Andria pulchre confirmat hoc modo. Quod plerique omnes faciunt adolescentuli vt animum ad aliquod studium adiungant: aut equos alere: aut ad canes: aut ad philosophos. horum ille nihil egregie preter cetera studebat: et tamen hec omnia mediocriter gaudebam. Quocirca psalmographus ait. beatus populus qui scit iubilationem.

Isidorus Ethim.li.3. Non min⁹ dedecus nescire canere q̄ voces ignorare testatur. Sed quia hystorie maior est auctoritas fabulas missas faciamus: et de probatissimis auctoribus aliqua huc afferamus breuiter et strictim. que ab ipsis in musice artis singularē excellentiā diffusissime sūt varieq̄ testata. Maximos olim duces fidibus tibiisq̄ canere super cenā. tā grecos q̄ latinos: italos francos: et germanos adeo vsus obtinuerit. vt Themistocles alioqui clarus imperator cū cytharam in conuiuio sibi oblatā recusasset: habitus sit indoctior. O generosa christicolarum proles. O parrhisiorum solemne decus: alacrius aīaduertite musicā curas abigere clemētiā suadere: et ad leniēdos affectus plurimū valere. Martianus capella scribit bella etiā lituis: tubis et cornib⁹ romani accēdebāt. ad qd̄ Virg. allusisse crediderī ī sexto de miseno vt venere videt indigna morte pemptū misenū Eolidē: q̄ nō p̄stātior alter Ere ciere viros martēq̄ accēdere cātu. ¶ Timotheus vir phrigius Alexandrū musica modulatione ab epulis ad arma corripiēda subito inflammauit. et mox mutato modulationis genere. rursus ab armis ad epulas reduxit. M. T. C. in q̄rto tuscu. q̄sti. de vestigiis pictagoreorum. Nā cū carminibus soliti illi esse dicātur: et p̄cepta quedem occultius tradere et mentes suas a cogitationum intentione cantu: fidibusq̄ ad tranquillitatem traducere: grauissimus auctor in originibus dixit. Cato morem apud maiores hunc epularum fuisse vt deinceps qui accubarent: canerent ad tibiam clarorum virorum laudes atq̄ virtutes. Ceterum Plinius secūdo naturalis hystorie libro capitulo. 22. Corporum celestium īterualla per musice gradus pictagorica doctrina inuestigat. Preterea harmonicam rationem rerum naturam cogere ipsamq̄ sibi congruere affirmat per quā sola omniū artium liberrima: meo iudicio ītelligitur musica. Hoc etiā nō postremo pertinet ad musice laudem: quod plereq̄ grecie ciuitates leges: decretaq̄ publica ad lyram recitabant. Ne longius progrediar in re que satis laudari vix potest: vel q̄ potius seipsam ornat q̄ vt alicuius laudatiōe indigeat. finiam proloquium. Vos autem o generosi adolescentes studiorū amantissimi in huius musice studium totis viribus incumbite: qd̄ si feceritis summā voluptatē cum pari vtilitate reperietis: nec vobis hoc turpe putetis qd̄ summis phis: qd̄ summis exercituū ducibus: quod florentissimis grecie/italie/francie/hispanie/ et germanie vrbib⁹ laudabile semper visum fuit ac liberale. Valete et mei memores (si merui) estote. Ex cellula mea litteraria. 8. ka. Marcias. m. d. viii.

¶ Ad deum deprecatoria oratio.

Ah pater omnipotens precibus si flecteris vllis
 Da precor inceptis splendida vela meis.
Explorare queam: que sint gratissima musis
 Da dextram misero virgo serena mihi.

Hoc igitur opusculum ingressuri tripbariam erudiēdi modum musice artis partiri poterim⁹. Est nāq; musices natura quedā harmonica. altera rigmica. Tertia vero metrica nuncupatur. ¶ Et dicit Harmonica illa que inter sonos discernit grauem videlicet et acutum. Est nāq; idem harmonica q̄ modulatiōis discretio. Quod quidē membrum tres habet sub se species: vna organica vocatur: que ex flatu temporata in vocis habitu roboratur: huic conueniūt. fistule/organa/tube/tibie/muse Alia in manu consistit: ita videlicet vt manus depingatur interior leua ac qualibet in iūctura locetur clauis vt i exordio scđe ptis depicta est. ¶ Ad trinā cursitantes festinanter spēm eam pfecto volumus in lineis spaciisq; interceptis inter lineas cōsistere. Tanq; igitur precipuū ac magis idoneum hoc membrū tertiū huic libello vsurpabimus. Diuidentes quoq; cū in ptes tris. ¶ Imprimis enim de autoribus ptractaturi simul et descriptionibus musice. ¶ Hinc de modo artis adipiscendi. Post hec de cantu mensurali postremo vero de cōtrapuncto simplici. vnāquāq; deniq; partē in sua scindentes capitula. ¶ Rigmica vero est q̄ impulsu ritum modulationis agit. vel est que requirit inq̄sitionem dictionū: an bene vel male cohereant dictiones. ¶ Metrica igitur est q̄ mensuram diuersorum metrorum pbabili ostendit ratione.

¶ De artis musice inuentoribus. Capitulū primum.

Quemadmodū in primo de celo et mūdo. at metheororū primo Hanc Aristoteles habet autoritatem. Nō enim semel neq; bis sed infinities oportet putare casdē apud nos aduenisse opiniones. Pari modo illud exquisite in Musica attentantes. ex quo huius artis inuentorum copiam fuisse nemo negat. Id quidē qđ nobis constat. summatim ac succincte attētem⁹. Primi igit̄ musice artis auctores hii apud priscos fuisse phibent̄ Democrit⁹. Heraclides ponticus. Thimotheus milesius. Philolaus Pithagoricus. Archytas Tharentinus. Duo Theodori. Xāthus Atheniēsis: Plato: Aristoteles Theofrastus Nichomach⁹

Aristoxenus Ptolomeus. ¶ Insignes qui de eadem scripserunt Ex recentioribus. Ibinus. diuus Seuerin⁹. Basilius. Hylarius Augustinus. Ambrosius. Gelasius Iohānes de muris. Guido. Btūs tñ gregorius planū cantū quo iam tota christicolarū religio in diuinis sacrificiis celebrandis decorandisqꝫ vtitur in duo diuisit volumina in antiphonarium. videlicet et gradale. Nostris vero temporibus omniū musicorū excellentissimi qui de musica scripserunt: quorū facta dictis. (Seneca iubente) correspondent sunt hi duo ceteris in hac arte preferendi Franchinus Gaphorus Laudensis et iacobus faber stapulensis quādoquidem is Theoricam adeo dilucidauit vt nihil subobscuri relictū sit quinimo totū opus admodum stupenti quodam ingenio cōspicuum reddidit. Ille vero practicam Theorice permixtam: vtriusqꝫ cantus adminiculo: tam crebris exēplorum adiectionibus descripsit ꝙ huic studio operam nauaturis singula pateant. Uerumtamē ad huiusce artis primum inuentorē eiusqꝫ ꝯseruationem recurramus. Pre nimia nāqꝫ cantus suauitate cum delectatio in opere (scd̃o ethi.) sit signuꝫ virtutis Ritum modulaminis ꝑpendisse Tubal primū (qd̃ rectius existimauerim) fertur. vt profecto apud priscos ꝯpertum est Lamech de sobole Chain duas habuisse proles. Abel videlicet et Tubal. Is enim Tubal primi parentis presagia (nec Senece moralissimi sententiā impellens ꝙ scꝫ egre mentis est formidare inexpta) commemorans. Plaga prob. bina mundum hunc inferiorē deleturum ob hoc itaqꝫ arteꝫ prisci ante diluuium colūnis geminis insculptam per eum extitisse aiunt. vnam vero latericiā. alteram in quā Marmoream ob aque ⁊ ignis formidinem. Quodquidem in de aurora his carminibus asseritur subscriptis.


Iste tubal cantu gaudēs pater extitit horum
Qui cytharis psallunt organicisqꝫ modis.
Musica dulce canens fuit ars inuenta per illum
Ut pastoralis gaudeat inde labor.
Et quia nouit Adam primum dixisse parentem
Uenturum duplex iudicium: ignis aque
In geminis artem scripsit posuitqꝫ columnis
Extitit hec laterum: marmoris illa fuit.

Ut non hec per aquam non illa per ignem
Si sit deficiens vna: sit vna manens
Ut nobis iosephi declarant scripta. columnam
Marmoream tellus Syria seruat adhuc.

¶ Quo pacto Pictagoras concordantiarum proportiones inuestigauerit et de reliquis inuentoribus. Capitulum secundum.

Quamquam a grauis pictagoras numero obediuisse fertur: hoc est eundem namque primitus musicam ex malleorum sonitu indagasse ferunt. Percipiens quoque ex malleis sonoritatis discrepantiam oriri non profecto immerito humana voce potius formari admiserit. Boetius vero huius artis autor clarissimus eundem profert musice per malleorum cocutientium pondera inequalia. necnon per inequales neruorum tentionem. perque calamorum inequalem longitudinem. Primum artem apud grecos inuenisse Quod presertim propositione huiusmodi asserit. Pictagoram nobis artem tradidisse sonorum. Quo autem modo hoc idem is inquisierit Figura lucide subscripta claret.

Malleorum pondera.



¶ Pictagoras philosophus numerorum princeps proportionum magister qui toto euo numeris incumbendo singula scire niteretur. Nolens quidem aurium iudicio fidem: nec de consonantiis constantiam adhibere Tum quia non omnis auris

propter cóplexiones naturalis etatis mutabilisq3 dispónis varietatem eque bñ iudicat de pceptis seu auditis. tum qr etsi auris bñ téperata ad ea que circa sonũ et sonorũ cócordantias cótingunt: cum sibi ppriũ sit non fallatur. tñ de sonorũ pportione discernere nihil est suum. imo potius rationis opus. nullis deniq3 fuerat deditus instrumentis eo q oia inconsulta modiceq3 fidei ob causas plerasq3 estimabat: vt pter neruorũ aeris spũs disproportionez. nõ tamẽ omnimode priuans auditũ ɔsonantiis sed dubitare de singulis nõ est inutile. ergo si nullus fuisset auditus: nulla penitus de vocibus dubitabilis rõ extitisset. Ipe autẽ diu anxius manẽs quõ artem rõne et recte inueniret vice quadã passim deambulãs. hãc quoq3 cognitionẽ mẽtaliter circũuoluẽs quodã nutu diuino fabrorum officinas ingressus hos quidẽ malleos sup incudem ferientes. mirabilẽ harmoniã emittẽtes: iam quasi attonitus tãq3 audiẽdi auidus. stupensq3 adhuc arrectis aurib9: modoq3 mulcedine audiuit. ⁊ paulopost (o summũ lassorũ solamẽ spirituũ) ad se alacriter (vt qd diu quesierat malleos intuereť) est cõuersus tanq3 feruens rei veritatis inqsitor ne in lacertis et hoĩm viribus lateret hec cõcinentia. iussit inter se pmutatim malleos singulos pmutari: qbus vicissim alteratis redit eadẽ simphonia vt prius. ex quo aĩaduertit nõ in lacertis vlnaq3 tantã fore concordiã tã nũeri q3 mensure q3 ponderis rõne. Nũerus igiť erat qnq3 s3 quint9 dissonãs est eiect9 grandẽ licet dederit occasionẽ per sui dissonantiã de cõsonãtiis iudicandũ. Nã positis iuxta se cõtrariis peiora pre aliis aut meliora esse videnť. cõsideratis itaq3 ponderib9 reliquorũ in dupla. Sesqaltera. Sesquitertia. sesqoctaua pportione põdera reperta sunt. Et hec limpide in figura depicta notanť. ¶ Eam nõnunq3 pictagore ɔclusionẽ a nobis iamiã cõcessam. Nõnulli min9 ɔdicere verenť. eam etiã nemo gentiliũ equo fert aĩo ex quo nullus vatũ extiterit q Orpheũ musice haud dicat expertissimũ. Mercurius cũ lyrã p testudinẽ (vt quidẽ fama est) in mõte cylleno ɔparuisset pmũ orpheo tradidisse ferť. cui9 dulcedine seu cãtu bñ amatam vcz Euridicẽ ab inferis reuocasse ferť. Saxa necnõ sua spõte Cythare suauitate se mouere. Eũ igiť illa de causa pmitus modos dedisse aiũt ¶ Ceterũ qdã Moysen artis cõptorẽ dicere conanť cũ qq3 a limphe canoritate imp̃mis harmonias ppẽdisse arbitrantes Musica nãq3 a moys qd est aqua dr eo q ppe vndas reptã extitisse ferunt. ¶ Aliqui denuo harmonie originẽ a spherarũ circũgirationibus emanasse dicũt. Quãobrem affirmãtes. Quippe ex celorũ motib9 haud paruã concinẽtiã ob celestium corporũ ɔfricationẽ. maximã

deniq̧ ibi fore concordiā vti Empedocles docuit. Huic vero opinioni platonē qui cū sup quālibet orbē syrenē stare credidisset minime dissentire videmus Quāq̧ id ab Aristotele reprehendatur. Hāc deniq̧ ꝓpagatorum pluralitatē secundū tpis lociq̧ exigentiam ac regionū distantias pullulasse nemo dubitat. Tubal filiū lamech añ diluuiū: apud Hebreos Moysen. apud grecos pictagoram. apd latinos Boetiū inchoasse credimus ex quo grecorū more ante eū in ecclesia dei cātaret. Hūc igit imitati sunt cōplures vti Gregorius Isidorus Johānes de muris. Etiā etate nostra viri q̄dem celeberrimi. quorū et nos sequaces fore haud dedignamur Tubal verūtñ alios tēpore ṗcessit quē merito tādē primū dicemus

De causis musice artis. Cpm tertium.

Harmonice nāq̧ arti vti ceteris cause quattuor insite sunt. Unū efficiens causa primus artis inuētor fuisse fertur. At an ne plures huiusce artis disquisitores extāt. aut vn⁹ dūtaxat. Et si plures q̄s omniū primus fuerit supra meminim⁹. Finalis autē est felicitatis eterne adeptio. vel ipsius animi ipsorūq̧ spirituum recreatio. Formalis em̄ est nos in cātus simplicis mēsuratiq̧ noticiam ducens. Materialis vero siue subiectum est quantitas discreta. hoc est numerus sonorus: vel ad sonoritatē cōtractus. Cōsonantia vero eius est ꝓpria passio. et ei⁹ principia sūt esse regulatū Arsi et thesi. Fit vtiq̧ ꝓcessus syllogisticus more cōsueto quo ad figure ⁊ modi exigentiā. Sed q̄ mediū in demonstratione est diffinitio subiecti. ideo diffiniret sonus. breuitatis tñ causa presupponit a Petro hyspano notus. sed numerus in ṗsenti nichil aliud est q̄ q̄ntitas ex vnitatibus ad sonoritatē contracta. Formatur exinde demonstratio hoc pacto. Quicquid est regulatū arsi et thesi est consonans. sed numerus sonorus est regulatus arsi et thesi: ergo numerus sonorus est consonans.

De notificatione musices necnō diuisione eiusdē. Cpm q̄rtum.

Musica est liberalis ars harmonie ⁊ sonorum/vocū/modorū/tonorūq̧ diuisionibus regulariter at modulatiue resultans. Aut d̄r recte cantandi scientia. Dicta autē e moys grece q̄d latini aquā vocauere. et ycos scientia q̄nquidē secus fontiū decursus seu fluentiū vndarū marginē fertur esse adepta. recte quidam a moys capere ortū fatebamur: quasi moysica. i. aquatica scientia nūcupata. Nā moys grecū aquā latine designare autores ꝓhibent. At qui sine humoris beneficio nullū prorsus harmonie delimentum: neq̧ affabilitas cōsistere posse palam est. Dicitur equidē (vt plerūq̧ mens est quorū tamen Isidorus fautor

existat) musica a nouem musis pmanasse (qd recte existimauerim) musas si p nouē loquēdi instrumētis sumpserit Sin autē quidē secus plerisq eius sententia erit inimica. ¶ Musas idcirco ad poesim celebratissimas remittam Europe Calliope Euterpe Jouis et memorie quibus musica At etiā omnis consistit scientia.

¶ Musica est duplex scz naturalis et artificialis.

Naturalis est duplex scz

Humana q in corpore et anima est situata eo q melodia durante fit homo recens et superstes quemadmodum modulationū coaptatione delectatur plurimū. parimodo se contrahit si qd harmonie fuerit depravatum.

Celestis aut mundana est supercelestium corporum ex spherarum consonantia. Ubi a plerisq maxima creditur fore resonantia quod quidem roborant mathematici.

¶ Pro quo paulatim animaduertendum Si quam contra hostes adiicere rationē poterimus. nūc fas est. Om peripatheticorū chorus hanc in de celo et mundo diffinitionem cum carpere niterent in quo quidē actu reprobat et contra pictagoricos ac stoicos qui Syrenem ibi esse volunt decantentem arguit Aristo. nec pfecto immerito. vt istorū verba iacent in forma. mentem tñ diuinoꝝ poetarum nequaq̄ tāgere nisus est. Qui sermonibus methaphoricis pleraq in breuiloquio licite etiam fingunt. quos barbari mentiri volunt. mentiuntur quoq ⁊ ipsi. Uates igitur iamdicti allegorice per celestia corpora intelligunt illa entia optimam vitaz ducentia per Sirenem autem primū motorē de quibus phūs in octauo sermonum primorum et in de celo et mundo limpide peragit.

Artificialis que musa adiuuante hūana tandem ducit in effectū de qua musici.

Instrumentalis que ex flatu moderata in vocis proportionem asseritur. cuius voces q̄q̄ sint materiales soni eius tamen sunt vocales.

Uocalis est nouem musarum consonāti a. et diuidit in vulgarē et regulatā.

Vulgaris siue vsual.

Est vocis emolimentū ꝓpriis harmonicalibus instrumētis (quibus regi queqꝫ cātilena debet) carēs. et est illa qua vulgus modulādo gloriat. q̄d q̄dem genus (vt in suo prologo ꝑersius fatet) doctrina brutis attribuere poterimus.

Regulata

Est modulamen dulce: ac notarum dyasis et sinesis mediante Arsi et Thesi. regulariter artificialiterqꝫ consistens. Et diuiditur in simplicem et mensuralem.

Simplex

Est specierum eadem quātitas: vel est figuraruꝫ equalitas. Aut sic. est cuius figure nec augeri nec minui possūt vti patet in chorali.

Mensuralis

Est specierum diuersa quātitas: vel est figuraruꝫ ineq̄litas. aut cuius notule decremētū cū augmēto patiunt iuxta signorū exigētiā. ꝛ diuidit q̄libet ī verā ꝛ fictā

Vera

Est cantio limites artis musice debite obsequens.


Ficta

Est vocū per insignia trāsmutatio. Hoc vtiqꝫ ita patet nam si in claue propria signa habēte ponat nota in tali claue non possessa. vt de fa. et mi. per b. ♮ signatis quibus īseruire digne tenemur tono cogente et necessitate.

Deductio sex vocum. penes arsim et thesim.



Nullum inquā modū vnqꝫ meliorē nostris adolescentulis inuenire poteram⁹ in arte musica qꝫ vocū signa litteris inherētia leue man⁹ singulas p iūcturas adaptarem⁹ qua mediāte dat dispō seu noticia cōfusa de singul. In hac arte pagēdis. vt etiā quanā refert


Ela
E la mi
D la sol re
C sol fa ut
F faut
D la sol
C sol fa
G sol re ut
A la mire
♭ fa ♮ mi
♭ fa ♮ mi
A la mire
G sol re ut
Γ ut
A re
C fa ut
D sol re
E la mi
F fa ut
♮ mi
Disce manũ tantũ si vis bñ discere cantum.
Absq͂ manu frustra disces ꝑ plurima lustra

	Scala b duralis	Scala b mollis	Scala ficta
ela			b
ddlasol	dd	dd	dd
ccsolfa			
bbfa ♮mi		b	
aalamire			b
gsolreut	g	g	g
ffaut			
elami			b
dlasolre			
csolfaut	c	c	c
bfa ♮mi		b	
alamire			
Gsolreut			
Ffaut	F	F	F
Elami			b
Dsolre			
Cfaut			
Bmi		b	
Are			b
Γut	Γ	Γ	Γ

Scala b duralis. Scala b. mollis. Scala ficta

¶ Clauiũ coordinatio

¶ Juniores astutius profecto pleraqꝫ concernentes stilo quodã vsi illustrissimo ingenuosius quoqꝫ huiusce artis subtilitatem con siderantes nobis practicandi maneriem indeficienter tradidere: cum omnia idcirco luculenter in craticula manus depicta non re=citarentur figuram hanc presentem adiecere materiam subiectã totius lucide in se complectentem.

Liuide pone tuum tandem exitiale venenum
Non alium ledis: te furor iste necat.

¶ Pars secunda huius.

Sed de prima hactenus. deinceps ad scd'am huius partẽ festinantes: in qua quandoquidẽ numeri sonori integra et perfecta latet vis natura et essentia sua. Eam presertim per capitula scindentes. Septem quidẽ interim honore digna annectendo. Que tanq̃ potiora musice artis facundiã lepide dilucidãt: vt sunt Tonus. Modus. Mutatio. Clauis. Vox. Cãtus. Litera. Ex qbus tota ordine retrogrado musica ꝯstabit Gregoriana

¶ De septem litteris musices. ex quibus vna cum vocibus claues componuntur.

¶ Capitulum primum.

Tammaut in summo tu pollicis adde sinistri:
Alphabeta legens ordine trina simul.
Vocibus annexis: quas vocum signa recenset:
Hinc solet heptenos: musica ferre modos
Prima duo finit. g. dlasol dato ternum
More vetusto: etenim terminat ela manum.

¶ Littera elemētaris extat figura: circa quā cātoꝝ versaꝫ intētio ¶ Littere enim specialiter capte sunt septem. A. B. C. D. E. F. G. Numero autē viginti. Que quidē prima sui distinctiōe triphario partiunꝫ. Prime nāq; septē ad G. finale festinātes sibi nomen capitale vsurpant Alter ordo litteris suis septem ad. g. supremū currētibꝰ minutū nomē pbet. Relique ꝯo q̄ttuor ad. d. excellēs pficiscētes gemine dicunꝫ. ¶ Ratio etem̄ denoīatiōis pmarū septē ē litteraꝝ grossities. sequētes autē qm̄ paruis caracteribus cartula infiguntur: parue sunt dicte. Cetere ergo ab his geminantur (Obiectio) Quamq; pleriq; oppositum asserere minus pudēt. Duplicantes quoq; secunde distributionis tres posteriores e (videlicet) f. et g. minutas. Hoc deniq; dicentes arguere differentiā litterarum his similium. inferiorū. scꝫ primi alphabeti. Solutio litteras iamiam prelibatas. Apprime dicimus ab infimis eq̄libus sibi quiquies differre (ea presertim de causa) hmōi geminatōis prolixitatē (cū natura plurimū breuitate delecteꝫ plongatione q̄dem spasmos emiserit) abesse cupimus. ¶ Primo igiꝫ in hoc differūt qꝛ si vna in linea accumbit. silis sibi seu dupla eiusdē spaciūꝫ colit ¶ Scđo si vna est capitalis altera minutis ꝯputabitur. ¶ Tertio cum vna fuerit finalis reliq̄ supacuta erit. ¶ Quarto vna de īpari existente numero octaua eiusdē impari iungatur. ¶ Quinto si vna fuerit alicuius pmoꝝ cantuū. Altera de scđo eiusdem extat. ¶ Pro quo tn̄ correlarie aīaduertēdū est G grecū a graiis nōdū fuisse adinuētū nec e. excellens. cū b spherico Juniores quippe intrinsecus pfundiusq; cū ad rerum oīm fundamenta intuerenꝫ (ita vulgo quidē iactis fundamētis edificato) Oō minꝰ Senece puerbiū denegat dicens maxima parsimonia in fundo est. Jdcirco adiī

cere q̄que necessaria forent in arte Musica utile eis visũ est. Nos igitur eorum audacia confisi. haud verecundie. immo potioris cō placētie beneficio. vota complendo indigentiā ut ipi pepulerunt impellere sedulo conamur. Veruntamen non minus priscis ac re centibus obtēperabimus. Nihilominus regulis seu documentis contentamur. Cū nullus tam ingenuus quin ex veterū dogmati= bus quicq̄ sibi adaptauerit. Obiiceret itaq̄ quis contra p̄tacta hoc pacto. Si greci greco Γ caruerūt. Quid tūc mouet .g. grece et scribi et p̄ferri. ❡ Solutio. Quā obrem ad hoc dicunt quidam musicā primitus a grecis emanasse. A latinis tandem sibi cōple= tionē assumpsisse. nec videtur littera necessitatis per se ergo de li centia adiungitur. Nihilominus necessitudine accidentali ipsius secundi toni versantis nonnunq̄ circa: Γ ut pro toni complemēto: licet nō in ordine litterarū locatur. preterea Guido Γ ammaut esse iunctū inquit cum D. graue diapenten sub se nō haberet: nec G fi nale. diapason resonaret/ melius est inq̄ abundare q̄ deficere

❡ De vocum quidditate: earumdē q̄ decisione: linea= rum spaciorumq̄ numero.

❡ Caput secundum.

Aere vox pulso notulas formata per istas:

Ut re mi: fa sol la: cantica dulce sonat.

Ordine septeno quas vult manus ipsa sinistra:

Impare vult numero: linea rite frui.

Quas numero parili spacium petit aptius addi:

Quo nouies sumpto regula dena fluet.

❡ Voces q̄ scribi nō possunt: usu et exercitatione mādant memo rie ne pereant: profluunt namq̄ in preteritum tempus p̄nuncia= tiones earum. Est igitur vox ut Aristoteles inquit repercussio ae ris aspirati p̄ arteriam vocalem cū ymagine significandi. vel sic. ❡ Vox est aer spū vitali nouem mediantibus musis liberatus. Voces musicales usui nostro aptabiles sex constat esse. ut re mi. fa sol la. Et hoc de eis in generali ratiocinando pro tanto. quia so la voce ab inuicem sunt distincte. Sinautem proprie quidem et na turaliter sermonem prebendo. prout sono et cantu distinguunt tri bus saltem vocibus Musica cantat. videlicet. ut: re: mi: fa: sol la. Quas quidem septies iteratas in scala nostra constituimus. His

itaq; vocibus iam dictis.pleraq; cuiuscunq; generis cantica de-
promuntur per crebram continuamq; harum variationem.

¶ Pro quorum intellectu supponitur primo ꝙ hic vox nō pro ve
ra voce sed pro signo vocis capitur. Secundo autē pro dicendorū
serie supponitur ꝙ cantus in voces reciproce diuidūtur quoniam
quemadmodum sex sunt voces tres sunt cantus.

	vt	re	mi	
Nā ī q̄cūq; positione	bmolles	naturales	♮durales ꝯsistūt	
	fa	sol	la	

¶ Item sonus est indissoluta aeris percussio ad auditū vsq; pue-
niens.que q̄dem descriptio omni sono cōuenit.aliter vero diffinit
sic sonus est vocis casus εμμελησ emmeles.i.aptus melo:ī vnā
intentionē:qui specialius describitur quē greci φθογγοσ appellāt
nos vero sonum voci conuenientem dicere possumus. Sunt autē
(premissa musicali sufficientiaq; vocum decisione)voces duplices
vnisone videlicet et non vnisone. Unisone sunt quarū vnus est so
nus:vel in graui vel in acuto de quibus nichil ad presens. Nō vni
sone sunt quarum nō vnus est sonus:sed alia grauior est alia vero
acutior. Que rursus sunt duplices.quoniā alique sunt ꝯtinue qua-
rum differentia cōmuni fine iungitur discreta loca que teneant ve
luti colores in iride nō habentes. Alie sunt discrete quarum diffe
rentia videtur suo quodam loco constituta interuallisq; distincta
Que iterum duplices sunt consone scilicet et dissone. Cōsone sunt
que copulate mixtos suauesq; sonos efficiunt. Dissone igitur inde
coram(debita interuallorum circunstantia nō retenta)reddūt har
moniam. ¶ Interuallum autem seu spacium hoc pacto potest in-
telligi distantiā esse acuti atq; grauis soni. Unde duplicem esse so
num inferre poterimus grauem et acutum ex quorum permixtio-
ne consonantia concordem cantum reddens generatur imprimis
nihilominus notularum simplicis cantus formula summopere ve-
nit discutienda quam sequens exemplar formaliter monstrat.

¶ Simpliciter quādo
vez notula simplex est
nec alteri notule cōiun
git:quadratoq; corpo
re figuratur.et hoc duo
bus modis

Primo absq; virgula vti
hec formatio demonstrat.

¶ Secūdo cū virgula in
latere eius dextro descēden
te describit ad modū lon
ge mensuralis hocmodo.



Notularum figure tripliciter formatur.

Compo-site et hoc qn̄ vna notula alteri consuitur variamq̧ consequitur descriptiones penes proprietatem in primis ligature notulis. vel pfectionem in vltimis.

Penes proprietatem que est conueniens principiis ligaturarum descriptio vel talis ligatura.


Ascendit tunc pma ligature notula nullam virgulam expetit vt hoc p̄bet exēplar



Descēdit sic prima ligature notula deorsum parte sinistra tractum hȝ et hoc in { Obliq̄ Aut Quadrata.




Aut enim vltima ē sub. penultima quadrato corpore descripta sine quocunq̧ filo vt hic.



Penes perfectionē que est cō grua vltima ligaturarum notulis figuratio. que respicit vltimas et hoc duobus modis

Aut supra penultimā et hoc dupliciter.

Directe vt hee notule forma declarant.



Indirecte recto ḡdu quadrato corpore descendente virgula in latere dextro hoc modo.



Mediocriter est em̄ mediocris notula q̄ in sui simplicitate obliq̄ corpi certa similitudine cōparatur: neq̧ sola describitur sȝ due saltē aut plures ī forma semibreuis descēdētes pnotantur

Itē q̄ hmōi positionibus dissentiunt: a vetustatis auctoritate recedūt. Quā obrē hū q̄ vltimā ligature notulā obliquo corpe describūt ī errorē ducuntur sic.

Conceduntur tamen due tantummodo. oblique vt hic.

Verum corpus obliquum ascendens vsus perhorrescit hoc modo.

Preterea omnis ligatura quācq̧ multa cōplexa est notulas vnicā subtrahit syllabam pnunciandam. Nec intermediis vlla est figurationis ascripta diuersitas. vti in libro cantuali exemplaria docent.

¶ De variis clauium coordinationibus et formatione earũdem. Capitulum tertium.

Dat faciles aditus: monstratq; recondita rerum
Clauis: et hinc orpheus carmina grata refert.
Littera: cum notulis: clauem componit aperte.
Alphabeta dehinc noscere trina potes.
Sunt primi claues alphabeti capitales:
Extremasq; cupit quattuor esse graues.
Tinnitus facit hoc grauior qui voce probatur.
Finales relique quattuor esse volunt.
Ordinis alterius distant in acumine voces.
Nomen at excellens vltimus ordo tenet.

Clauis est cuiusuis cãtus mediante quorũlibz caracterũ signatura saltim voce radicatorũ expressio. ¶ Dicunt in quã claues in arte musica instar realiũ clauiũ. vti namq; physica clauis occulta exprimit. Ita deniq; clauis musicalis subsidio harmonica ars auspicacissima modulando nanciscitur.
¶ Pro cuius rei noticia Sciendum septem dumtaxat esse claues maxime specie differentes. Cetere enim ab his quotquot superarint. nõ nisi grauitate et acumine distinguũtur. eo q penitus eedẽ resumuntur littere si nõ tamen pares sint omnino cum forsan figura vel situ dispares essent. Illud equidem distinctionẽ specierum essentialem minus innuit. Nempe ne prorsus eedem estimentur. Huiusce artis disquisitores predictis differentiis accidentalibus claues diuisere. pergam itaq; atq; qd reliquum est in pauca conferam. Communem de his prebendo orationem tot constat esse claues quot in manu dictiones. Et si etiam nõ semper eisdem vocibꝰ vsi essent. nec tot forsitan egissent. Nos profecto recensiores cuncta subtilius circa artem perscrutantes. ex quo priscorũ notule nostris carminibus minime satisfacerent. Cumq; presertim equale sit in octauis iudicium similes certe eisdem donamus voces.
¶ Ex q̃ correlarie elicit claues posse in infinitũ plurificari. eas tñ nũero differri nõ spẽ (cũ semp eedẽ littere repeterent) nemo negat Ne ergo illud nobis vicio det priscorũ limites insequi conamur.

Itaq̧ viginti vna cũ eis donam⁹ voces vt puta Γut Are Bmi.⁊c. Quarũ quidem quinq̧ tm̃modo signant̃ videlcet Γut/ffaut/csolfaut/gsolreut/ddlasol. Quippe omnes in linea accumbent. Harũ quedã vero sunt magis familiares vt pote/ffaut/csolfaut/gsolreut. Γut rariuscule vtimur. ddlasol igit̃ rarissime. per has inquã oĩs cantus regulariter seu irregulariter positus regit̃ et modulat̃. De nominant̃ necnõ signate vel signande. Qm̃ circa canticorum initia expresse situantur. Relique nõ signate. i. que nõ regunt cantũ nũq̧ in libris signant̃. sed implicite et virtualiter sunt cõsiderate. ❡ Et quid bfa ♮mi cuius p̃ma figura est. b. Altera est hmõi. ♮ .q̃ mi⁹ signantur ni in cantuũ variatione. mollis in bduralẽ et id e vestigio.

❡ Unũ tñ referã ne recidat ❡ primum primi cantus b duralis nõ nunq̧ signari oportere quãq̧ id raro fiat regulariter. tamen nunq̧ fieri debet. agat enim quisq̧ secundũ vt sibi expedire videbit̃.

❡ Sciendũ scd̃o ꝯclusiueq̧ tot prisci vtebant̃ clauibus cũ tot eoꝝ cantilenis satisfacerẽt. Tot deniq̧ apte imo facillime cõsb⁹ mortaliũ vocib⁹ ⁊ haberi ⁊ formari poterãt. Nra quidẽ tẽpestate cũ nos nõnũq̧ discantu vtamur eisdẽ certe haud cõtẽtamur. nec mõ ĩ cãtu cõposito fit hec clauiũ subauditio. Uerũ in certo cãtu simplici(potissime quẽ iuniores dictarũt)licitũ est plerũq̧ voces ⁊ veras et fictas subaudire. q̧q̧ hec nonnullis videant̃ ꝑcul a rei veritate discedere nihil suauitatis in his includi debere. cũ sepenumero antiquorũ methas trãsgrederemur. pleriq̧ tñ nostro euo priscoꝝ regulis cõtenti. nihilominus indigẽtia ꝯpulsi limites excedere nõverẽtur. Nec immerito reuera. nam simplicem fuisse musicam legimus adeo vt quattuor neruis integra cõstaret. idq̧ ad Orpheũ durasse Quintam vero cordam dehinc chorebus adiunxisse fertur. Hiagnis vero phrix his sextum apposuisse neruũ. Terpandrus Lesbius septimum. Ita eequidem successu temporis pleraq̧ alia que cũ cernerent̃ necessaria circa artem a quibusdam sunt adiecta. Et cũ quisq̧ suo arbitrio necessitate tñ motus quippiam apposuisset. cur idem nobis prohibitum foret. immo nos regulis et mandatis contenti queq̧ nobis necessaria adiectis absq̧ iniuria adiiciemus.

❡ Hec lucidius patebunt in posteris per figuras et exempla eo ꝙ magis idonei per exempla(vt phõ placet)efficiamur.

❡ De cantu: proprietatibusq̧ eiusdem. Capitulum quartum.

Harmonicus suaui resonat qui gutture cantus
Tris genus in species scindere iure solet.

♮ durus: neuter: b mollis tertius adsit.
Qui specie septem sunt: numeroque nimis.
♮: que triplex: dural neturalisque duplatur
b: geminus: mollis mollia quippe sonat.
Dat duo. c. medius: sic. f. bmol: geminabit.
G triplicat. ♮ durum asperitate tonans.
Nec satis est: plures subiungere promptis:
Quos graciles acuunt et grauitate premunt.

Cantus est modulaminis secundum Arsim et Thesim congrua coaptatio. vel cantus est melodia ex sono tono et modo per vocem viuam formata. Quem odam nos nonnunque laudem vocamus. Hunc namque Guido vna cum antiquis triplicem esse voluit ♮ duralem naturalem et mollem. Post que enim preceptores manum inuenere. Insuper et litteras locales pariter cum vocibus cantum ita diuiserunt vt si generaliter sumeretur foret prima diuisio cum essent tres cantus (vti iamiam meminimus) in genere quos tres cantuum proprietates vocamus. Reliquum igitur est scire quod si specialiter capiatur tunc priora membra diuidendo septem existunt cantus quos deductiones appellamus tres ♮ durales gemini molles. totidem naturales ex quo note omnes septies in scala comperiantur. Id circo primus qui durus appellatur duriori seuiorique modulo profertur. Belle enim et commode eundem vocamus ♮ duralem quoniam ♮ in mi duriter modulatur que vox est rigidissima. Naturalis idem quod mediocris. quoniam neque duri causa neque mollis gratia concinit. Mollis est tertius nec immerito blandicie enim expalpat. Huius rei causa est maxime cum bfa ♮mi fa occinit vocem dulcissimam.

¶ Pro cuius rei sollicitudine ampliori aduertendum quod primus et tertius cantuum denominationem a bfa ♮mi capiunt non tamen quod in b. claue incipiant: sed ita dicuntur quod primus eorum ab a in b. duriter scandit per integrum tonum: vti de re in mi vel econuerso qua de re ♮ duralis nuncupatur.

¶ Alter ab a in b molliter scandit duntaxat per semitonium quare bmollis dicitur vt puta de mi in fa et econtra descendendo. ¶ Alius vero ab his distinctus naturalis est vocitatus quasi nullo b indigens nec aliquod intrans sex notas tamen perfecte obtinet. Quamobrem impositoribus honores deferendo neutralem quidam vocant.

¶ Aduertendum quoqȝ secundo ꝙ ♮ duralis habebit ♮ in inferiori parte quadratum b mollaris autem b inferius sphericum propter representationis conuenientiam. quoniam figura ducit in cognitionem nature rei Aristotelem habeo autorem in secūdo de celo. Nam quod quadratuȝ est propter acies durius est tactui quod vero rotundum mollius tangitur.

¶ Est igitur quodlibet illorum b ♮ trinomium. primum ♮ durum propter durum ascensum ab a ad b dicitur. Secundo quadratum ob littere figurationem. Tertio ♮ mi. quia quando in libro cantuali signatur rep̄sentat mi sic et facit in monocordo. Aliud vero molle dicitur propter mollem inquam ascensum ab a. ad b. b rotundū a figura eius. Sed bfa dicitur quia fa representat.

¶ Item dicuntur claues impedimentales sic se mutuo occupantes ꝙ quando vnum opponitur alteri vim aufert et econtra.

¶ Unde postremo paulatim ante dicebamus in capite p̄ntis capituli septem cantus. septem deductiones (cum voces in manu septies dumtaxat repeterentur) existere. Illud presertim referam ne recidat. vt qui cantu mensurali vterentur septem iste deductiones suo modulamini haud satisfaciunt immo vt pretactum est. quecumqȝ eis necessaria adiectis adiicere nō dubitant. At etsi sinomenus quem applicarent in cratitula manus exordium nō haberet cumqȝ ibidem preter septem deductiones nec vox nec vlla clauis superesset. Nihilominus tn̄ cum omnibus duplis eadem sit et natura et proportio. Idemqȝ sonus idem deniqȝ iudicium de illis vna cum eis sumemus. Attendentes quidem virtualiter et implicite eas voces quas habet formaliter et expresse eius dupla vel bisdupla secundum cōmunem scale coordinationē. Quod plerumqȝ ita in plerisqȝ. de similibus idem est iudiciū. Hoc vtiqȝ in musica est ꝓ primo principio sumptum. Nonnulli tn̄ has voces fictas asserunt capientes fictas pro illo quod est hoc loco inusitatas. partim eis consentimus. Sed si pro falso fictum sumpserint falsum quoqȝ dicunt nec est contra eos instandum.

¶ Ex quo correlarie sumitur ꝙ q̄ncumqȝ aliqua vox assumitur in scala vel extra. si huiusmodi in eius octaua correspondentiam habuerit est vox vera. si vero non iam dicetur ficta.

¶ Sunt igitur nōnulli vnicuiqȝ attribuentes modulo duas notas quasi sibi conuenientes qḋ Johānes de muris fecisse in sua musica testatur. Nā ♮ durali ƥbent mi et la. Naturali re et sol. B mollari vt ꝛ fa. Cuius rei ordinem figura sequens sufficienter exponit.

Duralis q̄ aspere dureq̄ sonat. rōne eni̅ signi
ac soni durus est nuncupatus.

Generaľ
et est tri
plex scʒ

Neuter vero est nec rigidū nec leuē emittens
sonum. immo partem ab vtroq̄ sumit.

Mollis. dulce necnō molle tonans. littere cau-
sa et soni gratia b mollis est appellatus.

Cāt⁹ est
duplex.

scd̄s bmollis p̄mū capit in ffaut et dre dlasol

p̄mus Gaut dlasolre

Speciaľ est septu plex.

scd̄s naturalis incipitur csolfaut et finiť alamire

p̄mus Cfaut alamire

terti⁹ gsolreut finiť ela elami

scd̄us p̄m⁹ Duralis incipitur Gsolreut Γut Elami

Ubi vo̅
p̄bent

Inicium C f g

Mediū In F naturaľ b bmoľ c q̄ Duraľ

Finem A d e

Quorū quisq̄ habet sub se duas voces. vt supra.
Ceterum excerpta clarificando ne nobis id vicio donetur ponemus vtrarumq̄ viarum seu ydiomatū dictorum necnō in hac arte dicendorum experientiam Grecorū videlicet et latinorum scalam intuendo. Que vero materiam ita clarant. vt singuli breuiloquio queq̄ percipiant. Tandem voci practicam adiectis (vt se se discentes concinendo exerceant) deductiue adiiciemus. secundum vniuscuiusq̄ septem cantuum arsim et thesim. Nūc igitur quibus nominibus greci neruos appellauerint. et quomodo eorum nomina nostri interpretati sunt. quō tue tetracorda reperiri possint subiecta descriptio facillime ostendit.

Dyaconicum Guidonis introductorium pythagorea dimensione dispositū. Ab Boetius in latinum (vt commelius subtilissimam musice sciētiaz latini ꝯsequerētur) transfigurauit i.5. Tetrachorda ꝯtiens

Tetracorduz Hyperboleon hoc est excellētium.

Tetrachordū Dyezeugmenon .i. disiūctaruz.

Tetrachordū Synezeugmenon .i. cōiūctaruz.

Tetrachordū meson idest mediarum.

Tetrachordū Hypathō p̄ncipaliū

e			
d		Nete hyperboleon	Vltima excellentiū
c		Paranete hyp̄boleō	penultia excellētiū
bb		Trite hyperboleon	Tercia excellentiū
aa		Nete dyezeugmenō	Vltima disiūctar̄
g		Paranete dyezeugmenō	penultia disiūctar̄
f		Trite dyezeugmenō	Tercia disiūctar̄
e		Paramesōn.	submedia
d		Nete sinezeugmenō	Vltima cōiūctar̄
c		Paranete sinezeugmenō	penultia cōiūctar̄
b		Trite sinezeugmenō	Tercia cōiūctar̄
a		Mese	Media.
G		Lychanos meson	Index mediarū
F		Parhypate meson	Sub p̄ncipal' mediar̄
E		Hypate meson	p̄ncipalis mediar̄
D		Lychanos hypathō	Index p̄ncipaliū
C		Parhypate hypathō	Sub p̄ncipal' p̄ncipaliū
B		Hypate hypatō	P̄ncipal' p̄ncipaliū
A		Proslābanomenos	Grauissima
Γ			

Hec scala dicta cū dicēdis conectēs: noib⁹ atq differentiis accidentalib⁹ nostri claues nūcuparūt. necnō experimētū pcedentiū prebet, tonorūq difficultatē in gnāli ostendit.

Excellētes dicunt qr tonorū methā excellunt.

Superacutas hasce q̄tuor appellamus quippe sonant citissime et sonum clariorem reddūt.

Acute nuncupari volunt siquidē soni vehemētius percusso aere excitentur.

Finales dicunt ois nāq ton⁹ solito more suū terminū in his sumit.

Graues dicunt grauē em̄ & asperū hñt sonum.

Geminate siue duplicate eo q tales litere duplicant.

Minute vel parue cū paruis literis scribe rētur.


Capitales vel grosse qm̄ figuris capitalibus & grossis scribunt.

Clauiū qnq spēs.

Triplex clauiū distributio	Gāre scala ficta hoc	♮ duralis primus	Naturalis primus	bmollis primus	♮ duralis 2us	Naturalis 2us	bmollis 2us	♮ duralis 3us	Generalis tonorum cognitio		
e	b							la			
dd	b						la	sol			
cc	♮						sol	fa			
bb	b♮						fa	mi			
aa	b					la	mi	re			
g	b					sol	re	ut			
f	♮					fa	ut				
e	b				la	mi					
d	b			la	sol	re					
c	♮			sol	fa	ut			5	6	tonorum
b	b♮			fa	mi				3	4	Affina
a	b		la	mi	re				pri	2	le
G	b		sol	re	ut				7	8	
F	♮		fa	ut					5	6	tonorum
E	b	la	mi						4	3	finales
D	b	sol	re						pri	2	
C	♮	fa	ut						7	8	Affina
B	b♮	mi									le
A	b	re									
Γ	b	ut									



Primi cantus ♮duralis Deductio.






Primi cantus naturalis Deductio.





Primi cantus bmollis Deductio.





Secundi cantus ♮duralis deductio.





Secundi cantus naturalis deductio.





Secundi cantus bmollis deductio.





Tertii cantus ♮ duralis deductio postrema.



❡ De mutationibus vocalium syllabarum necnon de cuiuslibet cantus artificiali solfisatione. Caput quintum.

Oppositum extemplo contraria forma repellit:
  Sic sese abiiciunt musica signa: note.
Pluris ergo petit tonica alternatio voces:
  Solius at clauis non variata manet.
Cum gemine fuerint notule mutatio dupla est:
  Cuius erunt triplices flexio sena datur.
Nec mutare potes bfa ♮mi: sed quia tantum:
  Semitonum retinet dissonat ille modus.

Mutatio est vnius vocis pro altera vicaria prestatio. vel sic. Mutatio est vnius vocis propter aliam in eadē claue vnisona variatio. Quam duabus de causis inuentaꝫ fuisse diceremus. ob vocum paucitatem videlicet et cantuum pluralitatem. ❡ Oriuntur inquā ex mutationum notificatione prelibata conditiones tris non minus modulamini cuiqꝫ necessarie ꝙ vtiles. Quarum prima (que ex prioribus diffinitionis dictionibus scilicet vnius vocis propter alteram sumitur) est ꝙ quiuis mutare volens in clauibus vocum pluralitatem supponat necesse est. ❡ Secunda est ꝙ voces mutande in eadem claue contente fuerint vt dicit diffinitionis particula in eadē claue. ❡ Tertia aūt notas variando exigit in vnisono pronunciari quando dicebamus. vnisona variatio. ❡ Quorūdam opinio qñquidē claues vocē dūtaxat vnicam ꝓdentes repelli exoptat eo ꝙ diffinitio dicit vnius propter alteram. ita videlicet vt hmōi mutatione careant. cū vnum et idem ī seipsum permutari nequeat. Quippe Si vox est simpla fiat mutatio nulla. Principium forsitan negantes easdē videlicet fore voces in claue vnā habente vocē (quāqꝫ virtualiter habeat) quas eius similis seu octaua formaliter possidet. Idem quoqꝫ de clauibus duarū vocum arbitrantes in omnibus istis saltim duas contineri voces. Nos tamen in octauis (vt sepenumero supra memini) semꝑ eandem fore et vocem et mutatnonē tam sursum latis ꝙ etiā deorsum. ❡ Nunc autē cuiusuis clauis natura est exquirēda. Imprimis igitur de vniuocis peragamus. Γut constructum est ex gāma greco et vt porro vt vox ♮duri primi extat cantus.

Are secunda dictio penes nos. antiqui qm̄ Γut carebant suam musicam in are occipiebant. postremi vero profundius inquirentes Γut repererunt nostre musice principium quam subequitur Are. Secūda incepti cantus ♮ duralis vnam vocem scꝫ re habet. ♮mi. ♮ clauis est insignitiua. mi vox est tertia asperi primi. Cfaut clauis est que interdum maioris certitudinis gratia cōsignatur. fa vox est quarta ♮ duri primi. vt vero vox est naturalis primi que penes Arsim et Thesim variantur Dsolre ⁊ Elami vna cum ffaut binas voces produnt vt patebit. ita profecto est et in aliis vt patere practicanti poterit figura sequenti.

Ois clauis aut habꝫ	tres voces et sunt sex.	alamire gsolreut dlasolre csolfaut alamire Gsolreut	Sex mutationes habentes.
	duas vo=ces ⁊ sunt octo	ddlasol ccsolfa ffaut elami Ffaut Elami Dsolre Cfaut	Geminas hn̄tes mutationes
	vnā vocem et sunt q̄t=tuor	ela ♮mi Are Γut	nullaꝫ habentes mutationem

Super est b fa ♮mi et bbfa ♮mi in quib⁹ nō reperiṫ mutatio ꝑpter voces dissonas q̄s vna variare nequimus. Uel qꝛ hmōi claues gemine extāt b em̄ rotundū nō pōt mutari in ♮quadratū. qm̄ vbicūqꝫ est mutatio vocū est et ibi earūdē consonantia. sed in bfa♮mi nō est vocū ꝯsonantia ob ipsius semitonii imperfectionem.

Si vox est	Simpla dupla Tripla	fiat mutatio	nulla bina sena.

¶ Nonnulli solertes huius artis interpretes Mutationem in propriam et in impropriam esse diuidendam censuerunt dicentes impropriam esse: quando vt mutatur in re. veluti in Gsolreut. aut re in mi et econuerso vt in alamire. Et sol in fa. in csolfaut. et sol in la vicissim in dlasolre. eodemq modo et in earum octauis. que profecto mutationes non ratione ascensus vel descensus. sed solius cantus gratia fieri habent qui respectu b fa ♮mi multiplicantur.

¶ Mutatio propria vel perfecta est quando vox superior mutatur in inferiorem qua voces abinuicē distant per diatesseron: vel diapente: vt puta mutando vt in fa ⁊ econuerso: sol in vt sol in re: la in mi: et la in re: alternatim vt hec subscripta forma declarat. Et secundum Johannem de muris. vt conuenientius mutatur in fa quia sunt voces concordes quodammodo et eiusdem cantus scȝ bmollaris. Ita re et sol naturales. Sed mi et la ♮durales existūt vtsꝫ.

¶ Nota quod in bfa ♮mi nulla fit mutatio potest tamen bene fieri cōiuncta quemadmodum in responsorio fuerunt sine querela: et in illo. Sancta et immaculata. Qui cantus transponuntur vt in pluririmum ad euitandas coniunctas.

¶ Hec proprietates alternatim ⁊ explicite variantur.



Nullas Γut/Are/♮mi possident mutationes.


Cfaut geminas habet mutationes



Elami duas.

Ffaut duas

Gsolreut sex al=



ternationes sibi vsurpat.

lami mila lare rela remi

alamire totidem complet

mire fasol solfa faut vt fa

Csolfaut senas captat inflexiones

vtsol solut rela lare resol solre

Dlasolre tres

solla lasol lami mila faut

Elami due sunt et Ffaut

vtfa solut vtsol solre reut vtre mila

G sol reut vt supra et etiam Alamire

mire remi laré rela

fasol solfa solla lasol

ccsolfa duas et ddlasol ela inflexibilis est

C Affectans itaqꝫ artificialiter oēm cantum solmisare.

C Apprime cuiuslibet cantus exordiū cernat vt mox iudicaret in quo claue talis cātus incboat. Scdo videat de cuiuslibet modula-

minis ar.i et thesi. Qm̄ si hmōi cātus sursum tēderit vox posterior clauis quā attingit sumēda erit. Sed si cātus deorsum ad ima vide licet p̄cipitatus fuerit prior nota eiusdem clauis captanda venit. Tertio visendū est sedulo fa primū ad qd̄ cantus tendit respectu cuius prima nota cantilene captāda est et ex ꝯsiti omnes sequētes quoad mutare licitū fuerit. Talis nāq̧ mutatio non denuo ꝯmitti debet nisi respectu posterioris fa. necnō semꝑ equidē vsq̧ ad modulationis orexim p̄cauendū est. qd̄ dehinc experiētia practicabit Tandem studiosissime q̄s videat de b claue an mi vel fa exigat. ¶ Pro cui⁹ euidentia diligentiori Sciendū q̧ bmolle in bfa ♮mi ac etiā vspiā alibi signatū fa rep̄sentat. ♮ vero q̄dratū mi denotat. Ob hoc nōnullas adiiciemus regulas sp̄aliores. Quaꝝ p̄ma extat q̧ q̄uis cantio. 3. 4. 7. 8. tonorū dicit ♮ duralis postulās in bfa ♮ mi mi nisi esset sp̄aliter ibidē appositū b rotundum tunc vero dicendū erit fa. Scd̄a est q̧ in canticis p̄mi et scd̄i tonorū suꝑ alamire scandentibus secus est. Qm̄ si hmōi cantus ꝑ vnicū gradū ascenderint in b claue. fa dicemus. Si aūt altius ꝑtrahat tūc vt in plurimū dicemus mi. ¶ Postremo vero dicendū q̧ in modulaminib⁹. 5. 7 6. tonorū semper fa in bfa ♮mi situat. nisi esset bdurū signatū qd̄ tamē raro fit. canendū est ibi mi. et patebūt singula hec limpide ĩ notulis. ob audientiū beniuolentiā et cōstantiā in ꝯcinentiā redactis

d g c f Γ	la sol fa mi re sol fa mi re fa mi re sol fa mi re fa mi re ut	la sol fa mi la sol fa la sol fa mi la sol fa la sol fa mi re ut		d b g c b f b G	la sol fa mi re fa mi re sol fa mi re fa mi re sol fa mi re ut	la sol fa la sol fa mi la sol fa la sol fa mi la sol fa mi re ut	dela solre / cesol faut / bfa ♮mi / amire / gsolreut / Γut	b d b g b c b f b b G	la sol fa mi re sol fa mi re fa mi re sol fa mi re fa mi re sol fa mi re ut	la sol fa mi la sol fa la sol fa mi la sol fa la sol fa mi la sol fa mi re ut

Arsis et Thesis oīm tonoꝝ in bfa ♮mi mi canentium.

Arsis et Thesis tonorū in b.claue fa dicentium

Scala ficta qua note cantā tur vbi cani nō debent.

¶ Hec precedens scalaris tabula docet quonā pacto cantor regulariter suos cantus alternatim permutare debeat: quod nō modo plani cantus solfisationem decorat: immo ingentem intercantandum de rebus factis affert commoditatem que imitatio etiam ornatior erit formata semper ad tertiam ante fa tam explicite quam implicite. Explicite quidem dum nota reperitur in linea vel spacio qua mutatio formari debet tunc enim vna notula canitur altera autem mente reconditur. Implicite vero dum disiuncta occurrit. Ita ꝗ propter nimiam notarum distātiam mutatio formari nequit sed ambe eius notule in animo retinentur.

¶ Communis (que a plerisqꝫ colitur quasi notior sit altera. necnon penitus est iuuenibus apta merito ergo ab aliquibus particularis appellatur) est vnius vocis ꝑpter alteram vnisona in eodem caractere scale depositio hoc est talis causatur cum alicuius cantus note vlterius extendi nequeunt: siue in ascensu siue in descensu.

¶ Si primum exemplum est ascendēdo a Γamma ut gradatim ad la proximū contentum scꝫ in clami mutando la in mi ꝑperando ad superiores claues videlicet ad fa in ffaut. Vel per dyatesseron festinanter. siue dyapente aut ad semitonum cum dyapente. Que quidē nota absqꝫ mutatione attingi nequit. mentali saltē de q̄ in alio diuisionis membro.

¶ Si secundum hoc est descendendo practicandū est vt prius. exēpli causa ponatur la in alamire quo modocunqꝫ ad ly vt. de Cfaut inclinando tunc vlterius nec fiet progressus nisi trāsformetur vt in fa. nec habet ꝑfecto fieri talis mutatio nisi ad hoc nos necessitas compulerit.

¶ Mutatioī vl'i ē duplex.

¶ Propria (que saltim a peritis habetur naturali quoqꝫ industria quadam cū libri pene oēs ea caruerint. etsi de ea quicqꝫ disseruerint. modicū tñ) ē vnius vocis in tertiā ante fa variatio. Aurib⁹ inquā pur=

gatis animaduertendū est chorum huiusmodi mutationis agnitione. ꝙ si cantus aliquis vltra la precedentis fa ascendere conet. aut sub vt eiusdem fa descendere. ita videlicet ꝙ sequens nota absqꝫ mutatione attingi nō potest obseruandū est itaqꝫ sequens fa qđ se solmizanti proximius obtulerit ascensu siue descensu mutando p̄sertim tertiā ante hoc fa. Ac etiā si fa respectu cuius mutat̄ nullā habeat notam in claue añ se sitam. qua mutandū est. nihilominus tñ semꝑ tertia aut explicite aut implicite mutari debet. qđ quidē dicitur notāter ꝓpter magna interualla queādmodū dyapason semitonus cū dyapēthe et tonus cū dyapente ⁊ sic de aliis. in quorum ascensu vel descensu (et hoc maxime ꝓpter paucitatem spē differentiū) mutari nō potest vocali saltem mutatione. q̄ꝙ tñ bene mētali vt patebit figurā hanc deducendo. Nec vnqꝫ scđam eiusdē fa mutatione omissa attingere licet q̄uis etiā subinde (vt iam dictū est) tertiam complectamur. quequidē propria mutatio iterum est duplex scilicet explicita et implicita. ¶ Explicita est duarum vocum expresse positarum vicissim se remouentium prolatio. Sensus huius est ꝙ ambe voces mutando exprimuntur in claue illas notas continente. Que et de vtraqꝫ scꝫ tam cōmuni q̄ꝫ propria mutatione (vt sensui placet) intelligi potest. Alio naqꝫ vocabulo vocalis nuncupatur.

¶ Implicita (que et mentalis appellatur) est vnius vocis vel vtrarumqꝫ tempore mutādi in ore retentio. Sententia em̄ est ꝙ nō āmbe voces siue note in mutando proferūtur. et talis (vt patet in eius diffinitione) iterum est duplex.


¶ Implicita totalis est. Qñ in claue qua vocis variatio fieret nulla prorsus ponitur vox vt puta in magnis interuallis. quemadmodū diapason dytonus cū dyapente in quibus ab vna ad octauam nulle intersunt note. necnō in mutatione iam pretacta reperitur vt patet cantum assidue intuenti.

¶ Implicita partialis est. Quando vna dūtaxat nota canit̄. altera vero in animo reseruatur. Que quidē cantui mensurali non parū immo multū deseruit. nō modo figuratiuo sꝫ etiā chorali plurimū placet et potissime omī cātui in ꝯcinentiā redacti. eo ꝙ tenor sibi duas voces assumens mutādo cū discantu dissonaret. Nauseam quiqꝫ et tedium aduertentibus induceret. merito igitur implicite mutare discamus.



Mutationes fere omnes secunde distributionis

Discantus.




in naturam et econtra.



Prime deductionis Mutationes


Tenor.






Tertie Deductionis bmollis Mutationes


Bassus.





Mutationes fere oēs. Tertie duductiōis ♮duri in naturā ⁊ ecōtra


Discantus.





Secunde deductionis Exempla

Tenor.





Prime deductionis ♮duralis mutationes

Bassus.



De musica ficta que est de coniunctis et disiunctis. Capitulum sextum.

Musica ficta est notularum de propria sede transmutatio quemadmodum bmolle in clauibus non propriis signatum fa representat et ♮quadratum mi. vel musica ficta: vt Johannes tinctoris inquit est cantus preter regularem manus traditionem editus. Est enim necessaria huiusmodi dispositio ad harmonice rationis complementū: tum suauiori diatonici generis asperioris contemperantia: cum perfectione plurimarum consonantiarum in diatonico chordotono perquirenda: sicut enim in craticula manus regulariter solmisatur: contingit nonnunq̄ in certo cantu Gregoriano irregulariter voces iam veras iam fictas canere quas per coniunctam musicam hoc est fictam componunt.

Est itaq̄ coniuncta: toni in semitonium: vel semitonii in tonum facta transpositio. Quamquidem in Exacordis Guidonice traditionis fictam. Quū querunt progressionem: acutiores singulorum tonorū notulas maiore subtrahunt semitonio: eas fa syllaba ac lr̄a b rotūda describētes: p̄mutatiōe ducente qua fit ex tono transitus in semitoniū. fitq̄ in simplici cantu hec tonorum varietas octo modis

Primo cum in Ami cantandum est fa signaturq̄ bmolle vt est Responsorium fuerunt sine querela in verbo calicem. Etiam in illo. Sancta et immaculata in clausula: non poterant. necnon in plerisq̄ responsoriis et canticis quod exacordū in acquisitam ffaut tono sub Γut depressam incipiens: quapropter non incongruum est vocum huiusmodi considerationem musicam acquisitam vocitare

Secundo in Elami finali signato per b. sphericum vt in responsorio. Que est ista que ascendit per desertum. Et vt quibusdā placet in Kyrieleyson de martiribus cuius Exacordum in ♮mi grauem acquiret exordium.

Tertio in ffaut finali. et signatur per ♮quadratum vt habetur in cantico. Beatus seruus. &c. in dictione inuenerit vigilantem cuius exacordi principium in Dsolre nanciscitur quodquidem Balthasar prasspergius mersspurgensis attestatur.

Quarto in a acuto. Et signatur per bmolle et fit dumtaxat propter vocem mi durissimam quod cantu figuratiuo frequentius occurret primordiumq̄ sui Exacordi in E capitali vsurpat.


Quinto in c acuto: denotaturq̄ per ♮ quadratū rōne vocis fa dūtaxat profluens in vtroq̄ cantu plano videlicet et composito.

¶ Sexto fit in c superacuto quod.b.orbiculari exploratum habetur. Quippe fa euphoniam: mi vero cacephatum sonat.
¶ Septimo fit in f superacuto quod bfa indicatur: vt pote in dupla inferiore dictum est.
¶ Octauo in aa duplicato. quod per bmolle signatur vt in a affinali dicebatur. potest etiam hec regularum forma ab ela vsq; et vltra mea quidem sententia denotari cum semper in octauis sit. Idem iudicium tanq; in similibus quandoquidem claues huiusmodi sono proprietate litterarumq; idētitate conformes extant veluti in vera musica satis compertum habetur.

¶ Animaduertendum est deniq; disiunctā vti pictagoras inquit esse vehementem soni transitum de vna proprietate aut deductione in aliam absq; mutationis facultate: quamquidem Guillelmus suis exemplis asserens sic diffinit.
¶ Disiuncta est progressio vnius vocis vel disiunctionis ad aliam vbi necessaria foret mutatio: que nullomodo percipitur vocali expressione in animo retenta. dicitur quoq; disiuncta a disiungo gis. quia vna proprietas seu deductio disiungitur ab alia penes ascensum et descensum vbi propter nimiā notularū distantiā proprietates minus coherent. Opponuntur idcirco coniunctis q; coniungant duo extrema siue voces diuersarum deductionum ad eundē sonum vel tonum: quas large Guillelmum tam in veris q; fictis disquisisse reor queadmodum ex earundem prelibata notificatione venuste concedi potest signant postremo disiuncte vt sequitur



Sexta maior. Quinta. Septima maior Septia minor Octaua. Sexta minor.



Mutationes nõnulle secundi bmollaris in vo-

Discantus.




ces fictas et econtra.



Prime deductionis exempla.


Tenor.






Tertie deductionis bmollaris Mutationes.

Bassus.






Hec est preclarum vas para cliti



spiritus sancti hec est glorio sa ci ui-




tas dei: hec est mulier virtutis que contri




uit caput serpentis hec est sole spe cio-



sior luna pulchrior au rora rutilan ti-



or et stellis pre cla ri or. Hanc pecca-



tores deuote a de amus rea pe ctora

tundamus di centes. Sancta Sancta

San cta maria clemens et pia domina

no stra fac nos tuis pre cibus consortes ce-

lestis glo rie e.
Al le luya.

De diversis musice consonantiis sive modis earundemque variis per debita intervalla speciebus que sub nomine proportionis diffinitur. Capitulum septimum.

Proportio est unius note ab alia penes accessum et recessum distantia: sive magna sive brevis sive medio modo se habens. Consideratur enim proportio plerumque in potentiis veluti Johannes Marlianus una cum Alberto comprobant. quod sane secundum naturalem exprimende vocis potentiam penes diastolen et sistolen intelligendum puto plerumque etiam in locis et temporibus ut plato in Thimeo consentit inquantum videlicet aliquid est maius altero vel ei equale quod proprium quantitatis est ut in predicamentorum libro testatur Aristot. Est et proportio equalitatis hic improprie attendēda que est duarum quantitatum equalium invicem respectus ut duorum ad duo et linee bipedalis ad lineam bipedalem itaque in dyapenthe est respectus unius note ad altiorem aut econtra que musicaliter tandē ad inequalitatis proportionem sesquialterā facillime traducitur. Est autē pro sola notularum distantia sive intervallo accepta: nec nō modus a moderando seu modificādo dictus quasi diversos mo

dorum motus efficiens: aut quia per eum cantus moderatur regit seu modulatur: quāobrem a moderata modulatione dictum putāt. Qui etsi multipharium consideret: musicaliter tñ est mediata notularum intensio remissioq modulata. Qui quāq sufficienter in subscriptis enumerent descriptionibus sunt nihilominus modi nōnulli rariores expositis compositi qui sunt diapason cū tono. Diapason cū semitonio. Diapason cum semiditono: de qbus iamiam parū ad propositum. ¶ Rursum egregius doctor Boetius interuallū pro modo diffinit dicens esse soni acuti: semiacuti grauisq distantia. Ex quo enim interuallum dicitur illud proprie quod omittatur ab vna nota in aliam penes arsim et thesim veluti ab vt: in la: et re in sol. &c. Unisonus non est modus: sed aliorum fundamentum.

¶ Interuallorum distributio sequitur.

Minus pnci pales et sunt quinq	Cōma est gradus quo⁊ nouē vnū faciūt tonū
	Scisma est dimidium commatis.
	Dyesis est spaciū includens quattuor cōmata. necnō semitoniū minus dicit qđ inter cōiunctas oritur.
	Diacisma est duplex comma.
Et sunt duplices	Apothome. est spacium includens quinq cōmata. dicitur quoq semitonium maius fitq inter mi et fa.

Principales et sunt. xv.	Cōposite	Ditonus cū diapenthe.	vii.
		Semiditonus cū diapen.	vii. b
		Tonus cum diapenthe.	vi.
		Semitonium cū diapēthe	vi. b
	Inusitate	Semidiapason.	viii. b.
		Semidiapenthe	v. b.
		Tritonus	iiii.
	Simplices	Diapason	viii.
		Diapenthe.	v.
		Diatessaron	iiii. b
		Dytonus	iii.
	Cōmunes	Semiditonus.	iii. b.
		Tonus.	ii.
		Semitonium.	ii. b.
		Unisonus.	i.



¶ Ubi modos vr̄ expressi sumus. nunc spālius ob initiantiū eruditionem inuestigandi sunt, ne nos quispiam ignauos offendet.

Ut modus in cunctis moderatur singula rebus
Sic facit harmonice carmina nota lyre.
Pluris vnisonus pariles vult iungere voces:
Semitonus: fa mi suscipit inde modus.
His tonus exceptis notulas iubet addere binas
Quos semiditonus prendit vtrimqз modos.
Ad ternam properans notulam. Ditonus dat idipsum:
At geminos reboat durius inde tonos.
Quarta manet mollis diatessaron: altera maior
Hec tritonus fertur sueta triplare tonum.
Dat tibi contextas voces quinas diapente:
Terqз tonum claudit semitonumqз semel.
Bis tibi semitonum resonat mollis male quinta:
Nec symphoniacis commemoranda modis.
Cum dyapenthe notas vult semitonus dare senas
Que duo mi: fa: canunt se triplicante tono.
Cum diapenthe tonum senas depromere constat
Que modo semitonum Tetratonosqз sonant.
Sic septena duo vox interualla repandit
Est semiditonus cum diapente prior.
Hinc ditonus nomen fert cum diapente secundus
Mollius hec spirans. altera maior erit.
Pulsa minor dupla est quam dic semidiapason
Imperfecta nimis non memorata manet.
Omnimodus tandem diapason iungitur illis
Vocibus octo fluens dat reliquosqз modos.

Unisonꝰ est eiusdē vocis crebra statim repetitio. huic eñi ꝓportioni plibata modorū descriptio impropꝛie ꝯpetere videt᷑. vt puta nō casui in grāmatica nō ꝓprie cōpetit casuuꝫ descriptio cū a nullo cadat. imo reliqui casus ab eo caderēt.

Unisonus.

Ita nōnulli vnisonū ceteris ꝓportionibus cōnumerant: ponentes illā primā et abusiue ꝓportionē vocitantes cū non sint ibi diuerse voces in specie: sed saltim in numero.

Secōs modus est aggressus in cōfinē notam. Uel est duarū vocū inuicē minus plene sonantiū cōgregatio. musitatq; murmure quo sic est semitonium dictū a semis semiq̄ꝺ est impfectū. et tonus quasi tonus impfectus. nō eñi a semis sem issis qꝺ est dimidiū cū semitoniū ex duabus vocibꝰ ꝯstet. ampliꝰ si toni medietas foret vtiq; in duo equalia scinderet᷑. qꝺ ꝯtra oēs musicos fore iudicatur.

Semitonium.

Uel ergo iste accessus duriori mō ꝓfert᷑. Est eñi spaciū pfectum duarum vocū inuicē plene sonantiū. Et est tonus a tonādo ducens originē q̄n etiā fortiter sonat. vt patꝫ oēs notas iungēdo mi et fa demptis q̄nquidē saltim si inter se canten᷑.

Tonus.

qm̄ si sursum vel deorsuꝫ cū aliis cōiuncte fuerint tonū ꝯstituūt Tonus igit᷑ haud scindi in duo equalia valet. Qm̄ qui querit tonuꝫ in equalia diuidere querit inquā dyametrū coste cōmēsurare qꝺ fieri censet᷑ impossibile vt hic pari mō vna pars toni maior est altera et minor duabus. cum diuideret᷑ in duo semitonia disparia maius puta et minus. Maius eñi queadmodū iamiam dictū est dicit᷑ apothome qꝺ partit᷑ in dyesim et cōma. Minus vero dyesis appellat᷑: et diuiditur in duo dyacismata.

Semiditonus est aggressus ī tertiā notā tono molliori referās in se semitoniū a semis qꝺ est imperfectū eo ꝙ in duobus tonis quinimmo ex tono et vno semitonio cōficitur vt pote duplici specie exempli conquiri potest.

Semiditonus

Dytonus in tertiā notā soni potentior est. Interuallū quoq; binos tonos continēs. dictū a dya qꝺ est duo et tonus. ꝯstruitur eñi ex duobꝰ tonis

Ditonus.

Dyatessarō est spaciū hñs duos tonos ⁊ semitoniū qm̄ gdus est in q̄rtū locū. vel hoc fit molliꝰ sic est presens modus a dia qꝺ est de et tessaron vel tetras quattuor: quia semper fit de vna ad quartam semitonio intermixto.

Diatessaron.

¶ Uel predict⁹ saltus verius tonat. sic est Tritonus includēs tres tonos absq semitonio a tris pro tres dictus et tonus. Absquo cauendum est nobis non enim aures paulisper offendit auscultantium. sed dentium stridorem mirumimmodū confert. Habet inquā fieri ab F finali ad ♮ durū sursum. vel ab ipso ♭ molli iterum sursum ad e paruum per cantum bmollarem.



¶ Semidiapēthe modus inusitat⁹ est gressus in quintum locum fragilior. Ex duob⁹ enī constat tonis et totidez intermixtis semitoniis. a semis quod imperfectum signat.



¶ Diapenthe q potentius sonat ex tribus tonis vno saltim semitono iuncto conficitur a dia quod est de et penthe quinq: quia quinq vocum virtutem gestat.




¶ Semitonium cū diapenthe tres continet tonos et duo semitonia. vel ex semitonio et diapenthe constat. hoc est de vna ad sextam festinando. vt de mi secunde dispositionis. ad fa quarte dispositionis puta de elami ad c acutum vel ecōtra in plerisq locis etiam.




¶ Tonus cū diapenthe paripacto constat ex sex notulis durius inquā ex tono videlicet et diapēte. vno modo tantum semitonio intermixto.



¶ Semiditonus cum diapenthe constat: ex semiditono et diapenthe. confectusq est quattuor tonis semitoniisq duobus. vt de C graui ad bfa ♮ mi.



¶ Ditonus cum diapente pari modo ex septem vocibus conficitur. ex ditono videlicet et diapēte contextosq tonos habet: quinq semitonio vnico intermixto.



Semidiapason proportio inusitata. formatur a qualibet claue ad consimilem quattuor tonis inclusis et tribus semitoniis.



Diapason modorum omnium postremus est octo etiam notulis contextus idcirco dupla (id ē octaua) nuncupatꝰ tonos quinqꝫ possidet duobus cum semitoniis. fitqꝫ vna littera ad primam sibi parem. Et dicitur a dya quod est de et pan totum. et son sonus. quasi in se omnes continens alios modos. Istud namqꝫ interuallum naturale est. Iuuenes enim in choro octauam semper depromunt supra mutatos.

Diapason imperfectum.




Diapason.

Predicta admonemus equo animo pertractanda quoniam qui tedio hac exercitatione vellet grauarier. nec quamlibet notam alteri comparare. ita vt in cantu. quo interuallo vnaquequé vox ab altera distat perpendere valeat. se sciat in precedentibus frustra laborasse et fere omnem diligentiam si quā saltem fecerit perdidisse.

Ob igitur huiusce rei penuriam oīa limpide ad vnguem exemplis adiungemus. Si tibi tamē antiphona. ter terni sunt modi: fuerit proficua illam amplexaberis. ne longior sim. Exempla longa presupponam breuioraqꝫ iungam.







penthe Semitonium cum dyapenthe. Tonus cū diapēthe

ad hec sonus diapason. Si quem delectat eius hunc

modum esse agnoscat. Cūq₃ tam paucis clausulis tota

harmonia formetur utilissimum est eas scire et

memorie cōmendare nec prius ab huiusmodi

studio quiescere donec vocum interuallis agnitis harmonie

totius facillime queat comprehendere noticiam.



Incipit liber tertius qui est de tonis Nicolai vvollici de sororisuilla ad suos scolasticos Metenses Diatonica prefatio.

Hactenus solertissimi adolescētes De cantu eiusq; proprietatibus Certis interuallorū anfractibus penes Arsim et Thesim ꝓductis alternatim disseruimus. nunc vero Gregoriane psalmodie operam nauaturi primū tonos (quos octo esse vos internosse reor) vbertim scaturientes tanq; singulorū carminum riuulos profluentes aggredi conabimur. Et quoniam propter vnumquodq; tale et illud magis/ vt philosophus inquit. Cum principiata principium naturaliter imitari necessum est Tota prorsus sonoritatis harmonia eorumdem tonorum preceptionibus moderata ab eisdemq; veluti a fonte artificialiter emanans affatim disquiritur. Quamobrem o bonarum artium emuli. Tonum imprimis quia equiuocum est. Tripharium scindendum vtile arbitrabimur. Primo eundem proprie considerantes: determinatam musice ꝓprietatem: immediatamq; duarum vocū coherentiam necnon speciem sub diapason contentam affirmantes

Secundo attentā sonore vel dissone vocis compositionē denotat queadmodum enim is qui cantum harmonicaliter exprimit bonam ⁊ qui duriuscule malam: habere videtur vocis dispositionem: quam tunc bonum tonum siue malum censent appellandam.

¶ Postremo vero tonus improprie acceptus certa lex vel regula ab hmōi artis auctoribus nūcupatꝛ vnūquēq cantū penes eius principium: mediū: finē ꝛ psalmodiā facile discernens: scđm cuius quidem regule ꝓportionē suauēq notularū cōstructionē oīs succētus cōponitur: coaceruatusq cantorū arbitrio regitꝛ ꝛ modulatꝛ. Quapropter cantoribus summope aīaduertendū puto: absq cuius adminiculo nulla porro cātilena satis cōcinna formari posset. Ad cuius quidē emolumentū Diuus Ambrosius. Btūs Augustinus Summus ille pontifex sanctissimus gregorius: nos tam crebris tanq variis Eccl'iastici cantus formationibus naturā ipsam mō ad iubilationem: iam ad admirationē adq diuina officia solēniter decoranda euocātibus: vsq adeo mouēt: vt apud quoscūq mortales satis ꝓbabile visum sit: nullū cantorum vnq: qui de tali succētu musicos dissertare audierit quin totis animi conatibus ꝑ causaʒ scire ꝛ intelligere hmōi tonorū cōdecentiā affectarit. ita q admodū mirabile sit (veluti Frāchinus Gaphorus ex guidonis sententia testatꝛ) qm quidez in nocturnis respōsoriis somnolentorū more grauiter ꝛ dissolute. Sanctus Gregorius ad vigilandū nos videtꝛ exhortari. in Anthiphonis autē plane atq suauiter sonat. In introitibus vero quasi voce preconis ad sacrum clamat et euocat officium. In Alleluya et versibus suauius videtur diuino iubilo gaudere. Sed in tractibus et gradualibus plane et ꝓtense atq humili voce incedere pernoscitur. In Offerendis autē et cōmunionibus: quantuʒ in huiusce modulationis affectionibus preualuerit patefecit. Est enim in eis omnimoda huius institutionis eleuatio/ depositio/ extensio duplicatio/ suauis delectatio cognoscentibus/ laboris refrigeriū discentibus: mira ꝛ ab aliorū modulantiū institutis lōge distās dispositio: nec mō (vt idē Gapho. ait) hec ipa arte musica ītroduxit: et musice discipline auctoritatē et augmēta noscitꝛ contulisse. Diuū vero Ambrosium solā modulationis dulcedinē mirabiliter exquisiisse Guidonis ipsius verba testantur. Alios quoq quāplurimos prout a dño acceperūt diuersa munera eius gazophilatio cōtulisse. Hos itaq tropos siue modos: o Metēsis pubes: si quādoq diuino aspirata numine ad ecclesiasticum ritum anhelare contingerit vt te plerūq monui: eosdē symphonie modulos adeo dulces tibiq admodū cōuenientes et ꝓfuturos amplexaberis vt ceteris fere me semotis studiis id vnicum perpetuo maneat teq eternum comitetur et conducat. Vale et me (si merui) dilige. Ex cubiculo nostro parrhisiensi. Tertio Idus Martias. M.D.9.

¶ Quid tonus et quot sint tam apud grecos ꝙ latinos. Caput primum.

Grande sophos musis carmen quodcum ꝙ repente:
Harmonicus resecat (voce sonante) tonus.
Principium neuma et medium finemq̃ resoluens:
His fauet autentus: parq̃ plagalis erit.
Octo tropos phtongi perhibet neotericus ordo:
Bis geminos cecinit norma vetusta modos
Quattuor hinc formas dat regius atq̃ plagalis:
Dorius et phrigius: lydius inde venit.
Lydius inde subest: mixo quem lydius ambit:
Quorum quisq̃ dabit collateralis hypos.

Tonus apud Guidonem est regula per ascensum et descensum omnes descriptas ac etiā pernotabiles modulationes in fine diiudicans. vel sic. ¶ Tonus est certa lex vel regula arsim thesimq̃ cuiusuis cantus penes principium et finem euidentius demonstrans. ¶ Constat itaq̃ quattuor dūtaxat tonis cōtentos fuisse grecos: quorū nomina quibus eosdem exprimebāt: hec sunt / dorius / phrygius / lydius / et mixolydius quasi mixtus lydius: quapropter tres primos tanꝙ celeberrimos veterum commendat auctoritas veluti ad incitatiores animi affectus aptissimos quibus vtiq̃ ptolomeus mixolydium (propter commutationem eius cum lydio de ♮ duri qualitate in bmollem) admodū conuenientem adiunxit. quos quidem duces atq̃ autenticos argutius sursum tendentes: siue regios vocant. latini em̄ enimuero his minus sufficientes cuilibet horum collateralem prebuerunt vt pote dorio: hypodorium: phrygio: hypophrigium: lydio hypolydium mixolydioq̃ hypomixolidium: quos quia remissiores reddunt animi affectus plagales comites siue subiugales vocitant. ¶ Collaterales vero dicti sunt quoniam consimilibus ducuntur lateribus videlicet dyatessaron ⁊ diapenthes speciebus: aut ex cōuersione vnius lateris scʒ diatessaron superioris seorsuʒ ducta Quod limpide Gaphorus ꝑ diapasonicas ꝯstitutiones siue formulas dilucidat Quasꝫ

prima species est ab are graui: ad alamire acutam ducta in dsolre scz mediata quā hypodoriū q̄ dorio sit subiectum vel placalem siue subiugalē dorii nominant propter eius Tetrachordum in graue reflexum a media chorda quam clerici finalem dicunt. Quarta autem diapason species a dsolre graui ad dlasolre acutam protracta: harmonicec in suam confinalem scz alamire acutam mediata. Dorius est dicta ab his quidem qui eiusmodi melodiam primū instituere: aut vt nonnulli volunt quos plurimum ipsa delectaret. Ceterum relique diapasonice species secūdum octo tonorum exigentiam clauiumq̄ coordinationem huiusmodi prelibato ordine: facillime formantur. Quarum tamen appellationes hic saltem nominatim recensebo. secundam quoq̄ eiusmodi pleni modulationū corporis puta dyapason figuram hypophrigium nuncupabant. Quintam vero (sub cuius iugo hec pretacta est constituta) phrygium necnō eius modulationē et inuenisse et vsos ea plurimuz phryges ferunt. Tertiam hypolidium. Sextā lydium q̄ gens ipsa eius plurimuz sit modulatione delectata. Septimam mixolydiū. Octauam vero (cui nomen proprium non admittitur) ptholomeus aliorum: vt dictum est: imitatione hypermixolidiuz appellat. Hos itaq̄ octo modos quos et tonos vocant quasi ex tonis eorumq̄ partibus scilicet semitoniis ductos. Alii tropos ob accidentalem eorū conuersionem alternatim deductam. Quadruplici manerie ecclesiastica distinxit auctoritas. primam igitur maneriem prothum dixerunt. Secundam Deuterum. Tertiam Tritum. Quartam Tetrardum singulis ipsis Diapason et Diatessaron conferentes: ex quibus satis probabile videtur grecos quattuor solummodo habuisse tonos quandoquidem Prothus Dorii atq̄ hypodorii limites seu terminos obseruat. vti in quadragesimali salutatione virginis Salue regina. et in cantico Speciosa. etiam Hec est preclarum vas quodq̄ in pluribus id genus clarum est. Deuterus phrygii et hypophrigii. Tritus Lydii et Hypolydii. Tetrardus mixolidii et hypomyxolidii ambitum retinet.

¶ Posteritas vero quēlibet horum (antiquitatis nihilominus ordinem obseruans) in binos diuisit: namq̄ prothum in autentum et plagalem ita deuterum. Tritum et tetrardum in eosdem diuiserūt.

¶ Autentus em̄ eos qui sunt de numero impari complectitur veluti primū / tertium / quintum et septimum. Plagalis autē eos qui sunt de numero pari de quorum differenti ambitu in sequēti capitulo ad vnguem dicetur. Quare primus Prothus dorius autētus

appellatur. Secundus pꝛothus Hypodoꝛius Plagalis. Tertius Deuterus Phꝛygius Autentus. Quartus Deuterus Hypophꝛygius plagalis. Quintus tritus lydius impar autenticus Sextus Tritus Hypolydius par placalis Septimus mixolidius autentus. Octauus Tetrardus Hypomixolydius placalis octenarius idcirco numerus apud latinos reſultabit quemadmodum ſatis inductiue per figuras et neumas tandem monſtrabitur.

	Tetrardus		Hypmixo	Verũtamen	8
			lidiꝰ mixo	q̄ſqȝ iſtorum	7
Hii ſunt	Tritus		lydiꝰ Hy	ſã apud lati	6
quattuoꝛ		quoꝝ q̄ſqȝ	polydius	nos tonus	5
Toni gre	Deuterus	naturam	Lidiushy	eſt perfectꝰ	4
coꝛum.		duoꝛũ ſub	pophꝛygiꝰ	qui ſic enũe	3
	Pꝛothus	ſe cõtinet	phꝛigius	raliter nũ-	2
		iam ſequẽ	Hypodo-	cupantur.	1
		tium	rius.		
			Doꝛius.		

	Plagales de numero	8		Deoꝛſum ĩfra no
	pari exiſtentes.	6		tam finalem et
Hii toni		4		partim ſurſum
bipharíã		2	Et ſunt	
partiunt		7	iſti qui	
ſcȝ in		5	de natu	Surſum vltra no
	Autentos numero	3	ra ⁊ eſſẽ	tam finalez pluſqȝ
	Impari ſe oblectẽtes	1	tia ſua	deoꝛſum.
			ꝯſant.	

Pꝛedictoꝛum metrica celeberrimi cuiuſdam muſici confirmatio.

Quattuoꝛ eſſe tonos voluit diſcreta vetuſtas:
  Teſtoꝛ finales quas retinemus adhuc.
Sed quia diſcutiunt ſubtilius omnia noſtri:
  Cenſebant diſcoꝛs eſſe canoꝛis opus.
Nam grauitate ſimul et acumine ſepius vnum
  Oppoſitum ſibimet: comperiere malum.

Errorem veterum nostri sedare volentes:

Quemlibet in binos: discutiere tonum.

Sunt prothus et deutrus. Tritus tetrardus: et horum

Cuilibet autento collateralis adest.

Sic octo species phtongi modo nos retinemus:

Sit tonus autentus im par sit parque plagalis.

Vult descendere par: sed scandere vult tonus impar:

Quamuis communes retinere queant sibi fines.

¶ De tonorum noticia ex parte finis. Caput secundum.

Est modus in cantu: sed certior vndique finis.

Mellifluis pulsat: carmina nota tonis.

D finale vel a af finit primum atque secundum:

D transpone per a: nam prothus ista potest.

Terno deuterus/E vel ♮/dabit atque quaterno:

In c vel F/Quint. Sex. que loca tritus amat.

Septimus Octauo comes est in G/capitali:

D tetrardus habet: posteritate fluens.

Hactenus hec norma est sursum quos regula fallit.

Claues quinque leuant: altera forma iuuat.

Bis duo signa volunt nostros transponere cantus:

Quattuor his distant: finibus arte datis.

Quum autem omnis musicorum vis in propria cantuum natura siue essentia consistat: summã certe eidem operam adhibeamus necesse est. Uerum enimuero hec natura que et tonus dicitur: quãque tribus in locis maxime discerni habeat vt pote i exordio: in medio et in fine. Apprime tñ a finali voce (quũ testante phõ: oĩs res a fine denominanda sit) queuis cantilena: qđ mea quidẽ sentẽtia certius est diiudicabit. Quocirca prisci musici

Quattuor finales claues octo tonorum combinationibus adminis-
strantes regulariter cantui deseruiētes ordinarunt que sunt Dsol
re/Elami/ffaut/Gsolreut. Ita videlicet vt harum quelibet bi-
nos terminet inde tonos. Sunt et irregulares singulorū tonorum
modulationes quum in suos affinales seu cōfinales neruos termi
nauerint. Est namq̄ chorda confinalis in quacūq̄ manerie vox il-
la in qua diapenthes formula terminatur in acutū. distat enim affi
nalis cuiusq̄ toni a sua finali pleno diapēthes interuallo. Hinc er
go primus tonus et secundus regulariter terminantur in Dsolre.
Irregulariter vero quando cantus scilicet sursum transponitur:
in alamire acutam. Tertius et quartus artificialiter in Elami gra
uem. Illegaliter autem in ♮mi acutam. Quintus et Sextus re-
gulariter in ffaut capitalem. Irregulariter in csolfaut acutam de
finiunt. Septimus et Octauus regulariter in Gsolreut grauē ter-
minantur. Cum trāspositione vero in dlasolre acutam: quamq̄ an-
tiphonis et Gradualibus ceterisq̄ Gregorianis modulationibus
raro confinalem concesserint. Sed potius dicunt eos semper regu
lariter in G grauem terminari. Ambrosiani tamen septimum hinc
tonum sepius ad confinalem transponunt. Octauum raro. Quod
exemplo patet in Sequentia Cōgaudent angelorum: et in ea que
est de sancto Henrico. eo circa. Balthasar solum vsum non artem
esse Johannis de muris auctoritate munitus detestatur: optansq̄
in tali cantu a confinali ad quintā veluti ad locum propriū rursus
descensum fieri. Quod quidem ob septimi toni nonnūq̄ decimam
que est supra ela attingentis discursum eorum sententia indecoruȝ
foret et indecens. ex quo huiusmodi cantus vna notula omnes spe
culi siue monocordi claues maiorum nostrorum limites excedere
visus transcenderet. quorum reuerentia sit salua: cum de octauis
in musica: queādmodum de similibus in philosophia: semper ideȝ
est iudicium et sonus eadēq̄ vocis concordia extiterit nec id mo-
do in mensurali cantu licitum fore censent immo in simplici quem
Gregorianum vocant idemtidem toties quoties melodia petie-
rit: stabile necnon consonum veri artis interpretes approbant.

¶ Notandum est igitur q̄ nonnulli cantus interduȝ sedes minus
proprias et illegales sibi vsurpant. quequidem illegalitas in qui-
busdam canticis nōnunq̄ venialiter. in aliis vero inexcusabiliter
creberrime cantorum imperitia accidit. Quod responsorium. San
cta et immaculata virginitas de secundo tono existens ad a confi-

nale transpositum (et si regulariter in D finalem terminatur) liqui do monstrat. sed ex quo in dictione poterant: facto a ♮mi ad are semitonio per coniunctam ad Γut properans: quod sciolis musica abutentibus erratum videtur ad diapenten sursum elevant eiusdemque principium et finem ad idem a acutum statuunt. Qui itaque si coniunctas utrique cantui simplici scilicet et composito servientes aliquando exactius investigassent: queadmodum precedenti libro capitulo sexto de ficta musica docuimus; hunc errorem facile abstergerent.

¶ Insuper attendant d acutam/ G finalis confinalem posse fieri inficientes: qui loco eiusdem dlasolre deorsum ad Cfaut gravem suum cantum locant. hac videlicet conditione quod si in bfa♮mi cantur fa erit septimi vel octavi tonorum. Si vero mi. quinti vel sexti sed idem dubium oritur quod supra quandoquidem octavus tonus infra finalem ad quintam usque declinans una voce monocordi claves transcendit quapropter veluti septimus in d acuto finem statuens unamque ultra ela scandens ad solam G finalem remittendus unicuique tamen pro arbitrio simphonie saltem consentanea suavitate observata: modos libere concedimus.

¶ Preterea animadvertendum est transmutationem ad quartas posse fieri cantum a finalibus 4. ad G capitale/a/b/c/acutas surgendo: et si id impropriissime adiecta circunstantia fiat: ut cantus qui ante huiusmodi transpositionem a clavibus finalibus ad confinales: ♮duralis erat iam translatus bmollis sit: quod exemplo sic probatur: quoniam quarum dicunt aliquando sedem perdere et terminari in alamire per bmolle ut in antiphonis. Paradisi porta. et Dominus veniet. que irregularis quattuor ab E finali ad a acutum distat. eritque idem de aliis asserendum.

¶ Ceterum non nisi ob irregularem cantuum solmisationem que forsitan per coniunctas sive fictas in finalibus fieret: huiuscemodi transformatio inventa est. Tum propter diversas (quod michi magis placet) Contrapuncti partes in craticula manus constituendas. Tenor itaque quod bassum sub se collocet altius tollitur: que omnia hiis tribus regulis lympide scrutantur.

¶ Prima namqꝫ regula tonos secundum sui substantiã penes primariam eorum constitutionem notificat.

¶ Secunda cantum a finali voce sursum ad quintam.

¶ Tertia vero ad quartam nõ nunqꝫ transponendum esse admittunt.

Omnis cantus Trãspositus siue irregularis exiẽs.	Tertia rl̃a	csolfaut		7		8	
		bfa♮mi	est	5	vel	6	Tonorum et
		alamire		3		4	hoc si in bfa♮mi dicit fa.
		Gsolreut		1		2	
	Scd̃a rl̃a	dlasolre		7		8	
		csolfaut	est	5	vel	6	tonorum si in
		bfa♮mi		3		4	bfa♮mi dicitur mi.
		alamire		1		2	
Omnis cantus rl̃aris exiens.	Prima rl̃a	Gsolreut		7		8	
		ffaut	est	5	vel	6	
		Elami		3		4	Tonorum.
		Dsolre		1		2	

¶ Postremo aduertendũ est prothum in A grauem. G capitalem et a confinalem terminari posse: quẽadmodum in D finalem: si vsus et ꝯsuetudo ad hoc accidere[n]t. Rursum Deuterus in ♮mi grauem Elami finalẽ/alamire et bfa♮mi acutas Tritus in Cfaut ffaut/bfa♮mi et csolfaut. Ita ꝙ prorsus eadem cantus consonãtia in his velut in finalibus quo ad eosdem tonos persisteret Sed quia hoc raro contingit aut forte ob insitiantium eruditioneꝫ neue harmonia in q̃libet voce foret instabilis raro de hac musica apud artis scriptores factum est. Quãobrem maiores nostri quasdaꝫ regulas siue claues finales donarunt: et cum cantus in his apte neumari nõ posset: ad confinales transformaretur. nos vero quum figuratiua modulatione vtamur Idipsum paruifacimus ad quascũqꝫ claues nostros ponentes modulos: si saltem in illis decenter limitari valeant: quorum omnium exempla sequuntur.



¶ De tonorum cognitione quo ad medium alicuius cantilene Caput tertium.

Omnia sunt medio mortalia mensa benigno:
Per medium Tonica ars cantica prona regit.
Omnis namque tonus claues bis quattuor ambit:
Tum gressus varios ambitus artis habet.

Autento scandente: plagal sursum atq; deorsum
Finali notule confamulando sonat.
Musica cuiq; tono trinas dat gratia claues
Sub solam perhibens: sed super adde duas.
Dempto penthatono quia non bassatur ad vnam
Semitonum fugiens: discrepat inde thesis.
Mixtus vtramq; tenet: miro moderamine cantus
Naturam hinc surgens carmen ad ima cadit.
Autentum complens sursum: capit inde placalem
Commixtus species non lateralis habet.
Imperfectus erit non perficiens diapason:
Plusq; perfectum: irregula forma facit.

¶ Quum nempe binos semper teneamus tonos in eandem finalem terminari autentos tandem a placalibus dignosci necesse est. Quo circa ad medium cuiusuis cantilene apte prospiciendũ arbitror. Imprimis melodiam que et propria tonorum natura siue essentia fertur cõsiderantes. Certum quoq; cuiuslibet tropi ambitũ qui quamuis omnibus tonis equalis extiterit: cum quisq; eorum integram diapason speciem perficiat: varium tamen quilibet sibi petit iter. Quandoquidem regales siue duces supra vocem finalẽ dominantes parum aut nihil sub eadem descendunt. Subiugales vero partim sursum partimq; deorsum finali notule famulantur.

¶ Unde correlarie elicitur q; quiuis cantus supra finale ad. 4. 5. 6. 7. 8. scãdens: nihilq; infra eandem descendens est autenti toni regularis. Ceterum is qui ad quintum dumtaxat gradum supra finalem scandit: necnon infra eandem ad. 2. 3. 4. (diapason ex superiori diapentes specie et inferiori diatessaron complens) se precipitauerit placalis toni regularis extat.

¶ Admittitur siquidem vnicuiq; cantui absq; naturali eius cursu vt vnam vel duas sursum notulas: vltra id quod regulariter fit cũ licentia sibi vsurpare valeat vt puta toni autenti siue principales a suis finalibus vel (si necesse fuerit) a confinalibus ad duplam litteram sibi in voce vel in scripto similem surgentes. Cum licentia ad nonã rarissime ad decimã argute pperãt. Preterea eccl'astici

Ambrosianam Gregoriane sectantes institutionem vocem vnam sub finali cuiuscunqꝫ autentice modulationis toni interuallo deponunt quasi inter octo priores diapason voces naturales et hãc nonam sesquioctaua inuicem habitudine tonus resultet: quod ꝛ si naturaliter ac diatonice tribus ipsis ducibus. Primo scilicet et tertio ac Septimo conuenit. Quinto tamen tono dissonum probat diatonicus sonorũ transitus nãqꝫ sub ipsius finali chorda scilicet ffaut graui semitonium illico naturaliter decidit in graue quare nonnulli asserunt notulã ipsam inter dsolre et elami graues esse relaxandam maiore scꝫ sub Elami semitonio: sic inde ipsa a finali: tono distabit in grauitatem. hoc est quod melchior de vvormacia preceptor meus. et Balthazar. vna cum plerisqꝫ aliis. Quintũ tonuꝫ ob toni carentiam sub suo finali per semiditonum vel diatessaron descendere posse affirmant. vt antiphona. Alma redẽptoris. in dictione Genitorem. item in verbo Miserere lucidissime declarat.

¶ Nos autem (inquit Franchinus) diatonice procedentes naturalem vocum in introductorio dispositionem minime subuertendam esse existimamus cum potissime octo ipse diapason consonantie voces dupla distente sint dimensione quinqꝫ scꝫ sesquioctauis atqꝫ duobus minoribus semitoniis. idcirco non necessariam puto huiusce vocis substitutionem tanqꝫ modulationi Diapasonice congruentem: sed potius superfluam ecclesiastica tamen auctoritate probandam.

¶ Toni autem placales quintam notam supra finalem quartamqꝫ subtus artificialiter attingentes: raro sextam. rarissime vero septimam. vel vt Balthasar refert: octauam scandunt: quintam etiam subter cum licentia decidunt quẽadmodum in hoc disticho patet. Sept. paritas scandit descendit quinqꝫ per imas. Imparitasqꝫ decem scandit bassatur ad vnam.

¶ Notanter igitur hec prelibata enarrabantur non ꝙ semper operepreciũ sit quemlibet cantum huiusmodi tonorum ambitus obseruare quod presertim in antiphonis feriatis necnon festiuis cõspicuum est vt pote. Sede a dextris. Ecce tu pulchra. Ecce ego mitto. Dixit dominus et hiis similes demonstrant quequidem taꝫ ascendendo qꝫ descẽdendo vix diapason complent. de quibus hec sequens datur preceptio.

¶ Aduertendum est deniqꝫ ex eo ꝙ nonnunqꝫ vterqꝫ autentus videlicet et plagalis ad quintam migret vocem supra finaleꝫ ꝙ si huiusmodi cantilena ad quintam fecerit moram regalis est. Si vero

preceps absq mora descenderit iam plagalis extat.

¶ Veruntamen quum: plurima interdum carmina vtrumq ambitum cōplecti reperiātur: de mixtione eorumdem paulisper disserere necessum est. Omnis ergo cantus duplam tam penes Arsim ꝙ̄ Thesim complens. si Diapenthen sursum pluries ꝙ̄ Diatessarō deorsum reuerberauerit toni regalis est. Sinautem collateralis: ediuerso scilicet quartam subtus plurimum reuerberans.

¶ Ingrediuntur itaq autenti: suorum placalium velut i subditorum sedes: nec ecōtra: vt est Antiphona. Ecce tu pulchra in dictione oculi. Ita etiam Antiphona: de sancta maria magdalena. scilicet fidelis sermo ad decimam vsq supra finale properās: ad quartam quoq descendens.

¶ Est nichilominus callide inspiciendum ꝙ si plus superius morentur ꝙ̄ inferius sunt de tono autento. Si vero plus inferius ꝙ̄ superius tunc sunt subiugales. Si autē equaliter in acutis et grauibus moram fecerint Mixtum tunc efficiūt cantum et indifferētē Ascribitur tamen autento vt sufficienter pretactum est: quibus enim nominibus tales succentus ab auctoribus nuncupent: ex Franchini sententia hoc pacto enarrabimus.

¶ Commixtus tonus dicit si autenticus est: quum in eo species alterius ꝙ̄ sui collateralis disponuntur sinautem fuerit placalis: dicetur commixtus quum alterius ꝙ̄ sui ducis et imparis consonantes continet formas.

¶ Mixt⁹ tonus dr si autenticus est: quum vel totū grauius sui placalis attigerit tetrachordum: vel duas saltem eius chordas.

¶ Imperfectus tonus siue autenticus siue placalis est q̄ nō iplet propriā Diapason figurā deficiēs vel ex pte Diapētbes vel ex pte Diatessaron/vel ex parte vtriusq: hunc ꝓprie diminutum dicunt.

¶ Plusq̄perfectū vero seu supfluū putant tonū: quum (si autenticus fuerit) vltra diapason notulā vnā aut duas diatonice ductas tenuerit in acutum. Quum autem placalis fuerit tunc in graue.

¶ Hec sequēs schala interlinealis (veluti precedentes) ipsius cātus: tanq in speculo: manifestat essentiam. Ita videlicet ꝙ linee secundum marginis latitudinem considerate: simul et spacia claues ipsas expresse et virtualiter designant: cetere vero per longitudinem protense: octo tonos iam regulariter iam licentiose siue irregulariter dilucidant vnitatem per. 4. Finales. scilicet. D. E. F. G. gradatim scandendo: collocantes.

dd · g · c · f · Γ


Ambitus			
Prothi	Autenti	de no 8 7 6 5 4 3 2 1 se	Plagalis sep sex 5 4 3 2 1 2 3 4 quin
Deutri	Autenti	de no 8 7 6 5 4 3 2 1 se	Plagalis sep sex 5 4 3 2 1 2 3 4 quit
Triti	Autenti	de no 8 7 6 5 4 3 2 1 quin	Plagalis sep sex 4 3 2 1 2 3 4
Tetrardi	Autenti	de no 8 7 6 5 4 3 2 1 se quin	Plagalis sep sex 5 4 3 2 1 2 3 4

¶ Cifre quidem huius figure id quod regulariter fit denotant. Sillabe vero sub et supra site hoc quod per licentiam admittitur Ita videlicet q͂ finalis vox tam ascendendo q͂ descendendo pro prima computetur voce.

¶ De tenoribus tonorum tam autentorum q͂ plagalium de neumatibus et distinctione. Capitulum quartum.


TEnor in hac plana musica est determinata octo tonorum respectu finaliū vel affinalium in proprio esse conseruatio. Cuius quidem precipua consideratio penes primam Euouae notulam simul antiphone finalem intuendo potissimum versari debet. Multiplicaturq̃ huiusmodi tenoris harmonia per tonorum multiplicationē. quoniam queadmodum differentes tonos octo numeramus: totidem etiam Euouae principalia complectamur necessarium est: per euouae nihil aliud q͂ vocales ablatis consonantibus de ly seculorum amen: super quod melodia que tenor hoc pacto nuncupatur: intelligentes. Unicuiq̃ insuper (vt musici solent) tono proprium et principale Euouae ascribentes necnon cuiuslibet principalis differentialia: (vt vbertim

in sequenti tonorū dyatonico elucubrabimus)subinde ꝯplectētes Apprimeq̄ tenores: vn̄ sibi tale nomē vēdicarint: aptius fateri conabimur. quos deniq̄: eo ꝙ cantū(ne sedes suaꝝ finaliū vel affinaliū excurrat)teneant. Atq̄ cuiuslibet carminis cuiusue toni fuerit: aditū ꝑparent et ostendāt rōnabiliter dictos putamus. Qđ profecto nō minus ꝙ̄ ꝑdicta memorie cōmendandū musici merito asserunt. Q̄niquidem veluti octo tonis quattuor littere terminales assignātur: pariter et octo tonorū tenoribus quattuor initiales littere examussim condonabūtur. Duorū vero tonorū semꝑ ab eadem finali littera fit exitus. Nō aūt duorū tonorū idem caracter vnq̄ fiet principiū. In Γ nāq̄ finali initium scđi toni reponit̄: in a aūt acuto primi: quarti et sexti exordiū. in c vero ꝯfinali principiū tenoris tercii quinti et octaui. In d igitur acuto initiū Septimi tenoris quoꝝ secundus omniū maxime descendit. Septimus autē inter ceteros altius scandit. vt in eius tenoribus iam sequentibus patebit.




Euouae
Incipiens primus
In a per diapente.

Euouae
Ait secundo
In Γ/per semiditonum



Euouae
Voca nobis tertium
In c ꝑ semitoniū cu diapēte

Euouae.
Veniente quarto
In a per diatessaron.




Euouae
Quod aduertens quintus
In c/ per diapente

Euouae.
Interrogat sextum
In a per ditonum.



Euouae
vbi nunc est septimus
In d per diapenthe

Euouae
Respondit octauus
In c per diatessaron.



Euouae
Ecce peregrinus.

¶ Melodia inqꝫ: que et ordinata tenorum contextura dignoscitur nos infallibiliter ducit in tonorum noticiaꝫ. Quapropter omnis tenor autentus ad quintam vel supra quintam suum principium capiens impares tonos notos efficit ita videlicet ꝙ si quintam tetigerit sic est tenor primi/quinti/ꝛ septimi tonorum: si sextam sic est tenor tertii. Omnis vero tenor placalis ad quartā aut subtus eandem incipiens pares tonos hoc est collaterales dilucidat quartuꝫ et octauum per quartam secundum et sextum per tertiam iudicās Unde postremo sequitur ꝙ omnis tenor autentus suum placalem in duabus clauibus excedit: dempto septimo vnica dumtaxat excedente, quinta ergo autentis. quarta quoqꝫ subiugalibus cōuenit que singula singulis hoc disticho: notulis declarabuntur.



Quint fa sol. Sex. fa la. Sep. vt sol. Oct. tenet vt fa

¶ Pro quorum euidentia specialiori Sciendu; q̄ omnis cantus desinens in re cuius seculorum Amen principium capit in la est primi toni: tam regulariter q̄ per transpositionem.

¶ Secunda regula est q̄ omnis cantilena finiens in re cuius Euouae sursum ponitur in fa/tam artificialiter/ q̄ trāspositione est tertii toni.

¶ Tertia regula est q̄ omnis cantus in mi terminum statuens nec non seculorum amen ad fa sursum per sextam exposcens: tercii toni extat. Preterea raro trāsponitur ad ♮ quadratum acutum: alioquin enim minime veram tonorum imitaretur normam: cum tenorem in fa veluti precedens dyatonica troporum ratio ostendit: collocet. Admittitur equidem: quum huiusmodi cantus tertii toni finiatur in ♮ quadrato acuto: quod eius tenor in gsolreut superacuto principium statuat: non autem ratione vocis sol: sed fa per musicam fictam propriam sibi vendicantis solmisationem. Finitur quoq̄ idem tonus nonnūq̄ in a acuto ratione mi sursum fa pro suo euouae in f superacuto per semitonium cum diapente: inuestigantis: fitq̄ tunc ad quartam supra finalem transpositio.

¶ Quarta regula est q̄ quartus tonus regulariter in E finali terminatur: capitq̄ tenorem in a acuto vel transpositus ad ♮ quadratum finem locat: tenorem in e superacuto accipiens. finitur etiam interdum in a acuto principium Euouae in d acuto reponēs: quod quidem pari ratione per ceteros tonorum tenores (decenti tamē medio) practicandum censebimus.

¶ Secunda predictarum syllabarum interpretatio.

¶ Prima preceptio talis est q̄ omnis cantus la. sursum mediate vel immediate frequenter attingens: altius a fa reuerberans: si huiusmodi cantus finitur in re est primi toni.

¶ Secunda regula omnis cantio sepius in reversans ad fa repercutionem faciens si iam in re exierit: secundi toni naturam obseruat: ita de singulis que omnia exemplo practicanti patebunt.

¶ Tonorum tam autentorum q̄ placalium tum regulares tum licentiosi Ambitus.

Ambitus et natura prothi Autenti.

Euo uae.


Licentia prothi regalis

Euouae.

Regularis dispositio prothi plagalis.

Euouae

Lasciuia eiusdem



Euouae.



Ambitus et natura Deutri autent'i.



Euouae




Eiusdem licētiosa permissio.



Euouae.



Dispositio Deutri placalis.




Euouae.



Lasciuia eiusdem.



Euouae.




Ambitus et natura triti regalis.



Euouae.



Licentia eiusdem.




Euouae.



Natura sine essentia Triti subiugalis.



Euouae.




Lasciuia eiusdem admissio.



Euouae.




Ambitus Tetrardi autenti.



Euouae.



Lasciuia eiusdem.



Euouae.



Dispositio Tetrardi plagalis.



Euouae.



Licentia eiusdem



Euouae

De introitibus/Responsoriis/Alleluya/ et inuitatoriis breuissima introductio.

Omnis introitus cuius versus ad quintaꝫ repente vel gradatim properat(cū quinta sit propria autentorum notula) ad autentos pertinebit. Preterea omnis introitus cuius versus in principio non immediate nec gradatim quintam tangit: et si demum eandem tetigerit: ex quo quarta vox collateralibus summopere sit obnoxia: ad subiugales spectabit.

Animaduertendum est deniqꝫ responsoria et alleluya ad suos versus inuitatoria ad venite respectum habere: ita videlicet ꝙ si autentice inceperint ad regios spectant tonos. si plagaliter vero ad subiugales iam attinebunt: quod facile disquirenti patebit

Est etiā queadmodum Franchinus Gaphorus laudēsis īquit in hmōi tonorum modulationibus consideranda distinctio quā Guido voluit intelligi q̄tum in quolibet cantu continuatim quoadusqꝫ vox quieuerit pronūciatur. Hec enim per neumas sane declarat. Neuma enim est vocum seu notularum vnica respiratione cōgrue

pronunciandarū aggregatio. neuma grece latine nutus solet interpretari. describunt enim notatores in antiphonis et nocturnis responsoriis atq; gradualibus ipsam certa linea in modum pause cātilenas terminantis omnia linearum interualla complectente diuidentem distinctiones: quaquidem innuunt vocis ipsius respirationem: neq; respirandum est ante vltimam cuiusuis dictionis syllabam nisi complures fuerint notule soli syllabe superposite. tūc em necessitate vrgente poterit cantor post non vltimam dictionis syllabam respirare. Debent insuper distinctiones ipse secundū Guidonem fieri et terminari vbi sepe et cōdecentius tonus ille in quo fuerint poterit regulariter sortiri primordia.

¶ De generali tonorum psalmodia. Caput quintum.

Psalmodia est psalmi imprimis recta intonatio: necnō cuiuslibet lectionis debita mediatio: finisq; eiusdē ordinata tenorisatio: ex psalmo et oda nuncupata: quasi cantus mixtus vt cum aliquis ad instrumētum musicum voce sonorat: aut (mea quidē sententia) melius a psalmo hoc est cantu: quum a psallere qd est canere cadat: et odos gre. laude q laudes cantuali voce deo reddentes dictam arbitramur. Cuius quidē psalmodie duplex est intonatio. simplex videlicet et solemnis: secundum q psalmi duplices extant maiores et minores. maiores qui et euangelici dicuntur eo q in euangelio decantentur: sunt Magnificat. Benedictus. et Nunc dimittis. quorum intonatio percelebris est. Minores quos Dauidicos a psalmographo eorumdem compositore vocant: sunt ceteri ab hiis iam predictis. vt puta. Dixit domin⁹. Beatus vir. Laudate pueri. ⁊c. simplicem cōmunioremq; intonationē habentes quorum omnium mediationes satis ambigue sunt. quandoquidem diuersi diuersa in diuersis quippe prouinciis considerant. Quas profecto in sequenti tonorum ordine: quo tutius secundum honorificum francie ritum id fieri phas fuerit: nostros maiores passim imitantes describemus. Habent quoq; huiusmodi medie modulationes vt in plurimum circa mediam versus dictionē formari: quas cantores vulgo pausas nūcupant: easdemq; bifariā presertim distinguūt in productam videlicet ⁊ corruptam. Producta quidem pausa est dictio latina polysyllaba. Corrupta vero que sustinenda est tanq; interrogatiua oratio legēda vt: est dictio greca/hebraica/barbarica/vel monosyllaba. vt me/te/se/fac/syon/

Jherusalem/Jacob/Abraham.&c. Intonationes igitur in hoc cō sueto Tetrasticho clare patent. Primus cum sexto fa/sol/la/ semper habeto. Tertius octauus vt re fa/ sitque secundus. La sol la/ quartus vt mi sol/sit tibi quintus. Septimus mi fa sol/ sic omnes esse recordor.

¶ Hec sunt predictorum exempla.

Pater in fili o filius in patre spiritus
Primus. Secundus Tertius Quartus Quintus.

sanctusque ab vtroque procedens.
Sextus Septimus Octauus.

¶ De mediatione hii versus passim leguntur.

¶ Septimus et sextus dant fa mi re/mi quoque primus Quītus et octauus dant fa sol fa/sicque secundus. Sol fa mi fa ternus/re/vt/ re mi/reque quartus. Notandum est tamen quod huiusmodi mediationes quo ad primum et sextum tonos ab vsu recesserunt.

¶ De formatione primi toni.
Caput sextum.

PRimi toni principia propria ac magis vsitata (que mediationes plerumque naturales consequuntur) sunt Dsolre/ Ffaut/ Gsolreut graues et alamire acuta: que quidem ceteris sunt perfectiora et magis naturalia. Cfaut autem tanque superfluum. Elami commixtū: mixta vero atque item superflua Antiphonarum presentis toni primordia sunt are et ♮mi graues. ¶ Cantilene igitur in C graui principium captantes nō subito ad Diapente consurgentes ad principale Euouae pertinebunt vt est Antiphona. Ecce ego. et exurgens. Ceterum que in D finali principiū captant nō subito ad diapente surgentes: veluti Antiphona. Ecce nomē dñi: necnō q̄ in F finali inchoāt p diatessarō cadētes puta ad c

graue et si tādē ad diapēte cōsurgāt quēadmodū Tecum p̄ncipiuz p̄ie erūt dr̄ītie. Antiphone ꝟo in D finali vel C graui incipiētes a D finali imediate ad diapente ꝯsurgētes ad scđam ptinebūt differentiā. Sed q̄ in F graui incipiūt ad D finale p tonū et semitonū cadentes ad tertiā spectāt. ¶ Rursum ab eodē F ꝯsuētes p tonū et tonū ad a acutū tēdētes circūflectēdo: vel absq̧ circūflexione vlterius scandentes seu morā in a cōfinali faciētes q̄rte erūt differētie ¶ Preterea queuis cantio ab F graui exiens mox per ditonū ad a paruum scandens quāuis deinde per tonū cadat. Uel ingressum in a acuto capiens qualitercunq̧ ꝓcedēdo q̄ntam patefacient differentiā que sextū plerumq̧ comitant Euouae. Sunt itaq̧ ꝯplurime tonorū differētie scđm diuersarū regionū ritum: vt libet conficiende qđ exempla disquirentibus facile monstrabunt.





Antiphona primi toni cū eius neumate.



Sequit Euouae p̄ncipale vna cum suis differentiis et Antiphonis propriis.




Prima differentia.



Tecum princi pium. Euouae. Leua mulie res

Scd̄a differentia.



Euouae. Uolo pater Euouae Lazarus

Tertia differentia. Quarta differentia.



Domine vt videam. Nisi tu domine. Uenit lumē. Inclinauit



Euouae Estote fortes in bello. Salue. Euouae.

Quinta differentia. Sexta differentia



Apertis thesauris Euouae Exau diat dominus.

Septima differentia.



Euouae Uidi dominū. Euouae. Euouae.

Octaua differentia. Nona differentia. Decima dr̄ntia.

Procedit gn̄alis et Gregoriana p̄mi toni psalmodia hoc mō.



Primus tonus sic incipit et sic mediatur et sic finitur

Sequitur intonatio psalmorũ minorũ in pausis ꝑductis.



Dixit dominus domino meo sede a dextris meis

Sed in pausis corruptis talis est forma.




Deus in nomine tuo saluum me fac et



in iusticia tua libera me.

Solemnis intonatio psalmorum maiorum.



Ma gnificat anima mea dominum.



Nunc dimittis seruum tuum domine



secundum verbum tuum in pace.




Benedictus dominus deus israel quia visitauit



et fecit redemptionem plebis sue.

¶ Uerum ex versibus nocturnalium responsoriorum primi toni solent Gregoriani notulas quasdam necessarias eligere quibus. Gloria patri et filio quãdecentissime modulantur quum opus fuerit hocmodo.



Glori a patri et fili o et spiri



tu i san cto.


De formula secundi toni. Caput sextum.

SEcundus tonus qui et hypodorius dictus est pro p̄ncipiis chordas tenet. Are/Cfaut/Dsolre/Elami/ꝛ Ffaut Graues. In sui autē excessu seu superfluitate (licet raro) in Γut eius principium posuere vt est responsorium Educ de carcere. In Cfaut nonnulli antiphonam. Ecce maria incipiunt. In Dsolre vero regulariter propriam obtinet terminationem: suumꝙ euouae in Ffaut grauem possidens. necnon eius psalmodiam in

cipiunt per vnicam vocem a finali tono depressam his tandem notulis procedentes. vt re fa/ cuius quidem formulam hec probat descriptio.



In hono rem diui Nicola i fabri-



ca uit rex Renatus domino templum nouum.




Sequitur simplex operatio secundi toni.

Neuma Secundi toni.



Euouae Fidelis Michael O rex glorie.



Ecce maria Seculorum amen. Ait pe trus.

Prima differentia.



Euouae. Euouae.

Secunda differentia Tertia differentia.

Secundus tonus sic incipit et sic mediatur. et sic finitur.

Sequitur intonatio psalmorum minorũ in pausis productis.

Laudate pueri dominum laudate nomen domini.

Sed in pausis corruptis talis est forma.

Memento domine dauid: et omnis mansuetudinis eius.

Sequitur intonatio psalmorum maiorum.

Magnificat anima mea dominum.

Benedictus dominus deus israel quia visitauit

et fecit. redemptionem plebis sue.

Animaduertendū estetiā q versiculi nocturnaliū Respōsorio rū huius scdi toni vnica voce toni interuallo sub finali chorda cātici pcedentis depssa ppria modulatione pcedere solēt: hisce scz notu lis vt re mi fa. Excipi item cōsueuerunt ab hmōi harmonia notule quib⁹ Gloria patri et filio et spūi sancto ꝯgrue modulant hoc mō





De formatione tertii toni. Caput septimum.

Tertii toni modulatio format ex scda specie diapētes ducta ab elami graui ad ♮mi acutā: ꝛ ex scda specie diatessaron facta a ♮mi acuta ad Elami acutā. hec em est qnta diapason figura quā phrigiū nuncupant. Huic autē tono quattuor accidunt principia. Elami/ Ffaut/ Gsolreut graues. et csolfaut acuta cuius finalis chorda est elami grauis. Itaqꝫ pncipale euouae antiphonas suscipit q in G graui incipiunt vnisonū facientes dehinc tono ad alamire scandētes ibiqꝫ iterato altius p semiditonum ac c acutū ascēdentes aut eas habet q in E finali principiū locāt nō subito ad semitoniū cū diapēte pperātes. Pria differētia illas capit q in E finali inchoant ascēdentes ab eo semitonio vl tono descendētes. Scda drītia in G finali inchoātes habet mox ad c acutū surgētes: aut q in c acuto incipiūt. morā in eo facientes anqꝫ descēdāt. Tertia drītia eas q i G graui incipiūt ꝛ parūper ad c acutū ascēdūt. alias exempla demōstrabūt. Insup euouae tertii toni incipit in csolfaut. s. in sextā supra finalē ātiphone scdm Gregorianā dispōnem vbi tetracordū in pncipio psalmodie sumptū terminat. Ambrosiani aūt suauius pcedētes (vt Frāchinus inqt) pncipiū euouae huius tertii toni in qntā supra finalē antiphone chordā in qua. s. sua diapētes figura terminat tanqꝫ harmonica medietate suauiorē sicut in reliqs autēticis disposuere. Incipit vero gregoriana psalmodia in tertiā supra finē antiphone pcedens his notulis vt/ re/ fa. Eiusqꝫ compositioni competit hec formula.




Bea tus Nicolaus ab infamia virgines solido



au ro liberauit. Neuma Tertii.

Sequitur principale Euouae cum differentialibus.



Euouae. Quoniam.




Hec est que nesci uit. Euouae.

Prima differentia.



Quando natus est. Calicem. Euouae.

Secunda differentia.



Vado parare Euouae.

Tertia differentia.




Accipiens ſymeon Te ſemper. Euouae.




Salua nos. Euouae. Lauda

Quarta differentia. Quinta differentia.




Euouae. Et reſpi cien tes.

Sexta differentia.



Euouae. Ecce dominus.

Septima differentia.



Symeon iuſtus. Reſponſum accepit Symeon.

Tranſpoſite ſunt huiuſmodi antiphone.



Euouae. Gloriam laudis.

Octaua differentia.

Euouae Intonatio psalmorũ mi Tertius tonus sic
Nona differẽtia norũ in pausis ꝓductis.

incipit et sic mediatur et sic finitur.

Dixit dominus domino meo sede a dextris meis
Sed in pausis corruptis talis est forma.

Memento domine dauid: et omnis mansuetu dinis eius.
Intonatio solemnis psalmorum maiorum

Magnificat anima mea dominum.

Benedictus dominus deus israel: quia visitauit




et fecit redemptionem plebis sue.

¶ Item Responsoriorum versibus inest congrua progressio modulandi. Gloria patri et filio his notulis excepta.



Glo ri a pa tri et fili o et



spi ri tui san cto.

¶ De psalmodia quarti toni. Caput octauum.

Quartus tonus principia cõmunia ac magis vsitata sex assumpsit vcȝ/Cfaut/Dsolre/Elami/Ffaut/et Gsolre ut:graues:atq; Alamire acutam. terminaturq; regulariter in Elami graue: vt sequẽtia mõstrabunt exẽplaria: cuius quidẽ modulatio formatur ex scđa specie diapẽtes(que et tercio competit) et ex secunda figura diatessaron: ducta a ♮mi graui ad Elami graue. Est eniȝ secunda in ordine diapason species ducta ad ♮mi grauem. Est em̃ secũda in ordine Diapason species ducta a ♮mi graui ad ♮mi acutam: quam hypophrygium vocant.

¶ Requirit pro pricipali Euouae Antiphonas in E. finali ichoãtes non subito per semidytonum resurgentes Seu a semitonio supra scilicet in F. vel in G. incipientes si subito ad finale per semiditonum descendant.

¶ Prima differentia recipit Antiphonas infra finale tono icipiẽtes puta in D/graui gradatim ascendentes.

¶ Scđa dr̃ia illas respicit q̃ i D. graui icipiũt mox tono et semiditono surgẽtes. ¶ Tertia dr̃ia respectũ hȝ ad antiphonas i C. graui icipiẽtes. Quarta dr̃ia illas suscipit antiphonas q̃ i E finali ici

piunt illico per semidytonū ascēdentes necnō que in G.graui incipiunt tono ascēdētes. Omne autē euouae quarti toni icipitur in quartā chordam supra finalem Antiphone precedentis cuiꝰ psalmodia eadem sumitur voce: procedendo his notulis la sol la: vt sequenti descriptione sane percipitur.

Antiphona eiusdem cum neumate.



Prothomar tyr stephane inter ce de pro

Operatio et intonatio simplex quarti toni.




nobis ad dominum. Neuma quarti.




Quartus tonus sic in ci pit et sic mediatur. et sic



finitur. Principale Euouae. Tota pulchra es



Post partum virgo O florens. Scientes quia.



Nos scientes. Euouae. Prima dn̄a Media vita.




Euouae. Benedicta Euouae

Scđa dr̃ia. Tertia differentia.



Le uita. Euouae. Fide lia Factussum

Quarta differentia.



Euouae Homo erat. Surrexit xp̄s.

Quinta differentia.



Euouae. Post partum virgo. Beatus vir

Sexta dr̃ia. Intonatio psalmoꝝ minoꝝ in pausis ꝓductis



qui timet dominum in mandatis eius volet nimis.

Intonatio solemnis ad Magnificat et ad Benedictus.



Ma gni ficat anima mea dominum.



Item si responsorium terminauerit in elami graue et versiculus eius inceperit in a.minutã vt puta in quartam supra finalẽ: huiusmodi cantici: erit quarti toni. aut quũ versus principiũ fuerit in d la sol re/cuius Respõsoriũ terminauerit in alamire acutã: bmollari qualitate deducta: erit pariter quarti toni acq̃siti. Cui⁹ naturalis modulatio. Glia patri et filio ꝛ spũi sctõ. his ꝓcedit notulis.



De compositione quinti Toni. Caput nonum.

Quintus tonus suã format modulationẽ ex tertia specie diapẽtes ducta ab F. graui ad Csolfaut acutã: et ex tertia specie Diatessaron que fit a csolfaut ad Ffaut acutã: Hec enim est sexta in ordine Diapason forma quã lydiũ vocãt. Cõpetuntq̃ ei quattuor principia scilicet F. et G. graues. a/ꝛ c/acute

necnon regulariter terminat in ·g·graue.cuius Euouae i csolfaut acutam scilicet in quintam supra finalem Anthiphone chordã. Incipitur: eius quoq3 psalmodia in vnisono cu3 finali cepta procedit his vocibus: fa la: fa: vel melius vt/mi/sol: vt in sequenti processu notabitur.


¶ Antiphona eiusdem vna cum neumate.





Sequuntur tenores cum exemplaribus.







Prima differentia.




Secunda differentia. Tertia differentia.



Quintus tonus sic incipit et sic mediatur
Psalmorum minorum in pausis productis forma.



et sic finitur. Laudate pueri dominum laudate
Sed in pausis corruptis talis est forma.



nomen domini. Deus in nomine tuo saluum




me fac et in iusticia tua libera me.



Intonatio psalmorum maiorum.

Magnificat anima mea dominum.



Benedictus dominus deus israel: quia visitauit



Atq; item versiculi principium habentes in csolfaut quoꝝ Responsoria terminauerint in Ffaut graue quinto ascribũtur tono: horum modulatio. Gloria patri et filio et spiritui sancto sicprocedit.





De formatione sexti toni. Caput decimum.

Sextus ton⁹ q̃ttuor possidet pricipia scꝫ C.D.F.graues et alamire acuta cui⁹ melodia formať ex tertia specie diapẽtes q̃ r q̃nto cõuenit: r ex tertia specie diatessarõ ducta a Cfaut graui ad Ffaut grauem. Hec enim est tertia diapason figura disposita inter Cfaut r csolfaut acutam: quam Hypolidyuꝫ vocant: terminaturq; regulariter in Ffaut grauem cuius progressio sequẽti compositione percipitur. habet etiaꝫ pro principio. e. super acutũ vt est Antiphona que transponitur ponens petrus.



funde preces ad dominum no stra pro salu te.

Neuma sexti. Euouae. Si ego.

Resur rexit dominus. Lupus rapit.

Hec est transposita.

Euouae. Benedictus.

Prima differentia. Psalmodia incipit in vnisono his precedens notulis.

Fundens petrus. Sextus Tonus sic incipit et sic mediatur et sic finitur.


Fe/sol/la. vt hic.

Hec est psalmorum minorum in pausis productis forma.

Dixit dominus domino meo sede a dextris meis.

Sed in pausis corruptis hoc pacto canitur.






Intonatio psalmorum maiorum.





¶ Parimodo et versiculi Responsoriorum sexti toni incipiuntur in alamire:que tertia est chorda supra finalem cantici precedētis. ex his item excipiuntur notule aptissime ad modulandum Gloria patri et filio et spiritui sancto.hoc modo.






¶ De formula Septimi toni.
Caput vndecimum.

Septimi toni pricipia quiq; sunt G/a/b/c/d/vnũquodq; videlicet G.grauem ecclesiastica depositione concessuz. eiusq; modulatio formatur ex quarta specie Diapentes ducta a G.finali ad d.acutam:et ex prima Diatessaron figura quã inter G.grauez et g acutam disponunt:mixolidius nuncupata.terminaturq; regulariter in G.finalem.vt hoc pernotat exemplar.






Euouae. Redemptionem. Euouae.
Tertia differentia. Quarta drña



Dirige. Euouae. Euouae.
Quinta drña.



Adiuuabit. Euouae.
Sexta drña



Quomodo fiet istud. Septimus ton⁹



sic incipit et sic mediatur et sic finitur.



Dixit dominus domino meo sede a dextris meis.

❡ In pausis corruptis talis est forma.



Memento domine dauid et omnis mansuetu dinis eius


❡ Intonatio solemnis
ad Magnificat: et ad
Benedictus.



Magni ficat anima mea dominum.



Benedictus dominus de us israel: quia visitauit



et fecit redemptionem plebis sue.

❡ Ex versiculis autem nocturnalium Responsoriorum Septimi toni notule excipiuntur quibus Gloria patri et filio ⁊ spiritui sancto Gregoriani condecenter modulantur hoc modo.




Glo ri a pa tri et fili o et




De compositione octaui Toni. Caput duodecimum.

Octauus tonus principia magis idonea septē habz videlicet. C. D. E. F. G. graues. a. et. c. acutas. cuius pricipale Euouae nonnullas sibi vēdicat Antiphonas. In C graui incipiētes: quasdā in D. graui in G. et in a. acuto. Prima dīña illas habet Antiphonas q̄ in E. vel F. grauibus icipiūt. Scđa differentia illas que in c/acuto inchoāt respicit subito per semitonium vel semiditonum cadentes. Tertia regit ea cātica que in c/acuto oriuntur sed priusq̄ descendant ad dlasolre surgunt. Huius itaq̄ modulatio formatur ex quarta specie Diapentes que et septimo cōuenit: et ex prima Diatessaron ducta a. Dsolre graui ad Gsolreut grauem: hunc eniz q̄m grauius primi toni Tetrachordū occupat eius nature participē ferunt: quē cōsequēte quadā subuersione. Hypomixolidiū vocāt finitur itaq̄ regulariter in Gsolreut grauem: vt sequens monstrat dispositio.











Gaude et letare. Hymnū cantate.



Euouae. Ardens e nim Fili quid

Prima differentia.




fecisti. Euouae Ineternum. Priusq̃

Secun da differentia.



te formarem Euouae Euntes. ibant.

Tertia differentia.



Regesvide bunt Octauus tonus sic incipit et sic

Operatio simplex siue intonatio eius.



mediatur: et sic finitur. Laudate pueri dominum laudate

Eorumdem psalmorum in pausis corruptis manuductio.




nomen domini. Memēto dñe dauid: et omnis māsuetudinis

Sequitur intonatio psalmorum maiorum.



eius. Magnificat anima mea dominū. Nūc dimittis seruum



tuum domine secundū v̄bū tuū in pace. Bñdictꝰ dominus



deus israel quia visitauit et fecit redē ptionē plebis sue.

Ex versiculis autē nocturnaliū Responsoriorū. Huius octaui toni gregoriani congruā. Gloria patri ⁊ filio ⁊ spiritui sancto modulationem exprimit. hoc modo.



Glori a pa tri et fili o et



spiri tu i san cto.


¶ Quarta vero octaui toni differētia peregrina dicitur cuius Antiphonas nonnulli sub principali tenore (cum in C. graui inciperetur) collocarunt. Quo fit vt adhuc a paucis cure assignaturqꝫ huic Antiphona: Alleluya: nos qui viuimus. secundum quē tonū peregrinuꝫ istum canimus psalmum. In exitu israel de egypto paschali tempore circa baptismuꝫ. Exqꝫ huic potius q̄ alteri attribuitur incepte in C graui hoc fit propter iucunditatem paschalisqꝫ festiuitatis solēnitatē. Dicta profecto Antiphona: iucundam habet resonātiaꝫ. domino autem resurgente omnia: ad sue sacratissime dominice resurrectionis reuerentiā: psallant ꝛ iubilāt: vt docet Lactātius Firmianus in suo carmine de dominice resurrectionis die cū inquit. Ecce regnascentis testatur gratia mundi. Omnia cum domino dona redisse suo. Idemqꝫ iudicium proponimus super Antiphonam nomini tuo da gloriam domine: quam Ambrosiani super ipsum psalmum In exitu israel de egypto. In vesperis dominicalibus alternatim modulantur.

¶ Correarium.

¶ Correlarie tandem animaduertendū est hanc septimo tono appropriare posse Antiphonam quēadmoduꝫ hec testantur Franchini verba in forma. ¶ Extat et altera septimi toni psalmodia quaꝫ Gregoriani obseruant super Antiphona. Nos qui viuimus benedicimus dominum in confinali terminata cuꝫ acquisite deducta sit et sola voce in acutum diminuta: vt pñti formula percipitur.



Hec enim psalmodia in principio persimilem retinet quarto tono modulationem in medio: sexto quia antiphona commiscetur ei propriam diatessaron speciem .s. tertiā ꝯprehendens: in fine tertio
Uerum Ambrosiani et Antiphonā ipsam iisdem notulis ꝛ clauibus prosequuntur: alternam tamē huius psalmodie modulationem celebrant: namq; incipiunt in cōfinali ipsius Antiphone chorda .s. in Gsolreut graui: vbi sua diapentes figura terminatur in acutum sicuti et in ceteris obseruant autenticis. hocmodo.





Hanc tamen primitus antiphonā a diuo Ambrosio propriis septimi toni clauibus ductā vbi ꝛ septimā diapason figurā ꝛ ipsum mixolydium demōstrat videlicet in Gsolreut grauē et in Dlasolre propria confinali: (qđ plurimū in autēticis instituit) terminatam fuisse vetustissimus Antiphonarum liber Grāchino propalauit: vt Hac notularum formula conspicitur.





Modulatiōes igit̃ versuū sup alleluya. Glr̃ia pr̃i ꝛ filio: sup psalmodias ītroituū Gregorianoꝝ ꝛ sup psallēdas Ambrosianoꝝ: vnicuiq; ex seipso breuitatis gr̃a relinquimus perquirendas.

FINIS.

¶ Nicolai vvolici Barroducensis Diatonica actio explicit feliciter.

¶ De arte accētuādi perutilis libellus īcipit.

¶ De accentibus Caput primum.



Accentus est eleuandarum deprimendarumque syllabarum lex et preceptio vniuscuiusque orationis particulā īstar elemētorum harmonicaliter exprimēs. diciturque q̄si ad cāt⁹: hoc ē iuxta cātū vt aduerbiū iuxta suū verbū: qm̄quidē per vocis cātilenā nos syllabas cognoscere facit. Greci vero ꝓsodiā dicūt. pros enim grece valet ad latine: et oden cātū. latini si quidē accēt⁹ tonos et tenores appellāt eo q cātus ibi crescit et desinit. verūenimuero a nonnullis definit q sit anima verborum: vel ab aliis q sit vox sillabe. Hos quoque prisci nūc moderamēta: nunc accētiūculas: nūc voculationes appellabant.

¶ Accentus diuisio.

¶ Sunt autē tres accentus: Acutus vz: grauis et circunflexus. ¶ Acutus vt Isidorus inquit ideo dictus q acuat et erigat syllabam. ¶ Grauis ideo q deprimat aut deponat: necnon acuto contrariatur. ¶ Circunflexus qui de acuto et graui constat. Incipiēs enim ab acuto in grauem desinit. atque ita cū deprimat et acuat circunflexus efficitur.

¶ Accentus secundum grecos.

¶ Sunt preterea accentus apud grecos decem scilicet oxia/Baria/Perispomene/macra/Brachia/Iphen/Diastole/Apostrophos/Dasian: psile. ¶ Oxia vero hoc ē acut⁹ accēt⁹: dicitur nota a sinistra ꝑte in dexterā sursum ducta: hoc modo

¶ Baria q̄ et grauis appellat linea est per obliquum a summo in dexteram partem descendens. fit ita.

¶ Perispomene. i. circūflexus: linea de acuto et graui facta. i. per obliquum ascēdēs a sinistra in dexteram ꝑtē et rursus descendens a summo in dexteram hoc pacto.

¶ Macra autem longa extat virgula iacens hac forma. qua greci vtuntur ad cognoscendam syllabam longam.

¶ Brachia. i. breuis ps circuli iferior iacēs et pāda hoc est incurua q̄ vtunt. ad significandā syllabā breuē ita fit.

¶ Iphen. i. cōiunctio seu subunio: qr duo verba ꝯiungit subiecta virgula versui circūflexa q̄ duo verba cuz opus est copulamus: vt antetulit greisum. fit ita.

⁄
\
∧
—
∪
‿

¶ Diastole id est distinctio que e diuerso separat est dextera pars circuli supposita versui. hoc modo.
Per quam quidem lineam male coherentia discernuntur. Flaccus. Et amica luto/sus trahitur itaque virgula inter luto et sus per diastolen.
¶ Apostrophos pars itē circuli dextera et ad sūmā lrām apposita. Qua parti orōnis ostēdit deesse vltimā vocalē cui⁹ cōsonās remanet vt est tribunal ꝓ tribunale. fit ita.
¶ Dasiā quod interpretatur flatilis siue flatus vel aspirationis nota: pro qua nos h. scribimus vt halo primie. tali figura notatur.
¶ Psile est siccitas seu exilitas plationis q̄ inuerso h/a grecis notat: a nostris simplici vocali vt alo tertie. hoc ē dēpta aspiratione signanda per h. ita fit.

¶ De pausis siue distinctionibus quas sub nomine positure prisci notificarunt. Caput secundum.

Positura (vt Isidorus libro Ethi. primo inquit) est figura ad distinguendos sensus per cola et cōmata et periodos que cum suo ordine examussim apponitur lectionis sensum nobis aperit. Quas quidē posituras vel quia positis punctis annotātur: vel quia ibi vox pro interuallo distinctionis deponitur greci thesis nuncupant. latini vero posituras. ¶ Prima deinceps positura plena distinctio dicitur eadem et periodus: punctoque caudato notatur. hoc modo ;
¶ Media distinctio sequens est vbi fere tantum restat de sententia quantum iam prolatum est: cum tamen respirandum sit cōma/ hoc est incisio appellatur geminoque puncto signatur: hoc pacto:
¶ Tertia est subdistinctio que virgula aut simplici puncto notatur sic. vel sic/nominaturque cola siue colum id est membrum. Solent autem apud Oratores singule clausule virgulis annotari. nec non singule partes punctis. Ceterum apud poetas vbi in versu post duos syllaba remanet virgula (licet Isidorus ibidē cōma collocet in primis posituris ordinem cum vnā pro altera locare velit peruertens) annectenda venit. vbi vero de parte orationis post duos pedes nichil superest cōma reponitur. Totus autem versus

sensum adimplens periodus est. Virgilius. Postq̃ res asie/priamiq̃ euertere gentem immeritam: visum superis ceciditq̃ superbum ilium/et omnis humo fumat neptunia troia. Et sic subdistinctiones in virgulis et cõmata in binis punctis dici possunt. Diuersa exilia ⁊ diuersas querere terras auguris agimur diuũ: vbi plena est distinctio.

¶ Insuper etiam his additur interrogationis nota que plano pũcto et virgula sursum retorta designatur: hocmodo? vt Quis furor o ciues? In lectionibus namq̃ legendis vox tunc de mi in re deprimitur mi quoq̃ rursum exposcens necnon de mi ad fa properans.

¶ Parenthesis huic duobus semicirculis: orationem colligentibus cognoscitur: vt Eneas (neq̃ enim patrius consistere mentẽ passus amor) rapiduꝫ ad naues premittit achatem. Sunt preterea adhuc pleraq̃ alia litterarum intersignia: que succentus ratione studiosis disquirenda relinquimus. Est itaq̃ in huiusmodi pausis obseruanda talis formula.

Gallorum modus.




Virgula. Comma. Periodus. Interrogatiuũ.

Germanorum forma.



Virgula Comma. Periodus. Interrogatiuum.

Nonnullorum religiosorum formula.



Cola Comma Versus. Interrogatio.

Ordinata diuersorũ nominuꝫ quadruplici pause descriptio

¶ Media distinctio Comma Metrum pendens distinctio incisio suspensiuus.			Sẽtẽtia est perfecta sed pendet adhuc intentio.
¶ Subdistinctio cola siue colon punctus membrum virgula.	obseruari debet quando		Nec sentẽtia nec cõstructio est plena et oppositum dicit isidor⁹ vnuꝫ tamen ꝓ reliquo sepe capi videt.
¶ Plena distictio constans distinctio finita distinctio periodus, versus.			Neqꝫ cõstructio neqꝫ sensus amodo dependet.
¶ Interrogatiuum			Oratio interrogatiue procedit.

¶ Quocirca animaduertendum censeo. punctum esse signum vel figuram legentis spiramen sua dilatiuncula refocillans: et orationis clausulas directe partiendo sensum aperiens.
¶ Virgula linea est ad dexteram erecta dictionibusqꝫ verbũ nec complementum habentibus postposita sic/subdistinctio dicta.
¶ Comma idem ꝙ distictio: est punctus cũ virgula siue geminus punctus: post dictiones iam verbum habentes imperfectas tamẽ congrue locatus sic/vel sic.
¶ Colon punctus planus pro impressione calami factus: qui quãuis post orationem congruum verbum et integrum sensum habentem locatus sit. demonstrat nihilominus huic orationi non esse dissonum quicqꝫ adiungi posse.
¶ Periodus punctus est planus cum virgula desubtus incurua: hoc modo; totam deniqꝫ sententiam claudit: necnon in fine orationis locum tenet vt hec sequens structura clare docet.

Dominus noster iesus christus/et deus misericors: ꝓpicius sit nobis peccatoribus per suaꝫ ineffabileꝫ misericordiam. Quis impiorũ non desiderat hoc? quis deniqꝫ mẽtis contemplationem sursum non eleuet? vbi deus cuꝫ sanctis

ac electis suis/in altissimo throno quiescit. Qui nos cuz diuina spi ritussancti gratia: perducere dignetur ad celestia gaudia.

¶ De generali euangeliorum ac Epistolarum introductione. Caput tertium.

A Ccentus medius cuiuslibet Euangelii seu epistole cõmuniter de quattuor syllabis i alteraz fieri debet: duas inter duz breues syllabas prouna longa exigens: quẽad modum hoc declarat exemplar: cadens in terram et mortuum fuerit. Nonnunq̃ fit de quinq̃ sicut Sint lumbi vestri precincti. Aliquando autem de tribus syllabis inter quas reperitur vocabuluz declinabile monosyllabum veluti. Et vbi sum ego. Cum vero aliqua fuerint vocabula indeclinabilia eque bene fit de quinq̃ vel de tribus sicut de quattuor. vt Jacob ineternuz. verumenimuero prima syllaba vnius vocabuli latini bisyllabi nunq̃ inferius locatur. neq̃ penultima alicuius polisyllabi. Sed de hebreis huiusmodi nature oppositũ ornate fiet: scz prima deprimatur in bisyllabis: et penultima in polisyllabis. quale est hoc. Jesus autez. Eleasar autẽ. De quibus fit accentus in fine clausule super penultimaz syllabã. velut de vocabulo latino monosyllabo. De hebreis siquidez declinabilibus fit quantuz ad medium et finem sicut de latinis. Verum nichilominus est q̄ quandoq̃ tale medium de sex syllabis cantari poterit etsi rara sit eius inuentio. vt Benedicta tu inter mulieres. Notanduz est preterea q̄ sum/es/est/me/te/se/fac/nos/et/vos sursum constitui debent: necnon hoc aduerbium semper.

¶ Item in accentu medio vna dumtaxat syllaba deorsum ponitur nisi sint due breues syllabe que tũc prouna ponende sunt: quod fit ad differentiam finalis accentus in quo due ponũtur syllabe: sicut Quoniam super omnia bona sua.

¶ Nota tandem demptas vt pote sum es est &c. in accẽtu finali bene posse deorsum deprimi. sicut caro mea est pro mundi vita.

¶ De modo accentuandi tam Epistolas q̃ Euangelia. Caput quartum.

P Rimo notãdũ q̄ Epistole et Euangelia parimodo accẽtuãtur accentu vcz moderato vel medio. q̃tienscunq̃ enim vocabulũ aliqđ pẽthasyllabũ in latinis dictionibus inueniatur: requiritur q̄ illa syllaba que est quinta ab vltima illius medii

deprimatur vel aggrauetur: et post talem aggrauationem restant adhuc in eodem gradu quattuor syllabe quarum penultima necessario erit longa: quemadmodum subiecta formula declarat.




Et radicaui in populo honorificato. Beat⁹ ille seruus



Dico autem vobis amici mei. Omne qd natum est ex deo.

Alia regula.

¶Quandocunqz penultima syllaba alicuius dictionis latine trisyllabarum vel pluriuz que est sexta ab vltima illius medii corripitur: decet eaz aggrauari cum penultima eiusdem dictionis: vt hoc docet exemplar.




Homo quidā peregre proficiscens. Sed quicqd pecieritis dabo



vobis. Quodcūqz ligaueris sup terrā. Ne timeas zacharia.

Tertia regula.

¶Aliquando fit accentus trissyllabarū post dictionem depressam et hoc est quando monosyllaba dictio locatur in fine eiusdem accētus. que quidē dictio in fine constituta duas syllabas valet non aliter. Et requiritur qꝫ illa vltima syllaba dictionis precedentis monosyllabam sit necessario longa secundum accentum vt in subiecta descriptione patet.





Quarta regula.

¶ Nota q aliquotiens fit accentus moderatus trissyllabarū post depressam syllabam in nominibus grecis. Barbaris. latinis. & hebreis quorum vltima longa est. duas valens breues. vt hec monstrat compositio.





¶ Quo pacto accentus formari debeat super nomina greca: barbara vel hebrea ante latina.

Caput quintum.

Notandum q quando in lectura: nomen grecuz: barbarū vel hebreū ante nomina latina duarū vel trium quattuor quinqꝫ sex septem syllabaruz: reperiri contingit: tūc siue penultime syllabe nominum seu dictionum latinarum sint in accētu longe vel breues: conuenit nomina greca: barbara: vel hebrea acui. Et accidit plerūqꝫ q accentus fit de tribus: quattuor: quinqꝫ sex vel septē syllabis: prout hec experientia monstrat.

Exemplum de tribus syllabis.


Semen abrahe sumus. Naaman autē. Opera abrahe facit


Jsaac ad patrē. Jratus iesus in tēplo. Tūc iesus respōdēs

De quattuor syllabis.


Jsrael sanctū tuum. Cumqꝫ moyses ascendisset.

De quinqꝫ syllabis.


Locutus est moyses ad dominū Semen canaā et



De sex syllabis.

non iuda. Amen amen dico vobis.


Naaman filium suum. Moyses autem orabat.


Jesu xpe fili dauid. Et fuit exemplu3 fratricide.


De septem syllabis.




¶ De penultimis syllabis dictionum latinarum.
Caput sextum.

Summopere animaduertendum est: circa penultimas latinarū dictionum syllabas: an sint longe vel breues: quoniam si sunt longe accentus tunc debet fieri post quinte syllabe aggrauationē quattuor syllabarum videlicet vt pretactum est. Si vero penultima sit breuis. fiet accētus ad minus quinqꝫ syllabarum post sexte syllabe depressionē. Est igitur precauendum: ne aliqua dictio polisyllaba acuatur. Postremo nota ꝙ post octaue syllabe depssionē vltra nō ꝑgrediatur accēt⁹ nisi ꝑ septē dūtaxat exēpla.

¶ Exemplum de quinqꝫ syllabis.







De sex syllabis.





homines. Si autem mortuum fuerit.



Et eritis odio omnibus hominibus. Operantium mendaciū.

De septem syllabis.



Qui sequitur iusticiam. Jam non estis hospites sed aduene

De plana distinctione.

Caput septimum.

Euangelia accētuātur accentu graui sup penultimā: si penultima sit longa. vt hic patet.




Pacem meam do vobis. Nec formidet. Omnes



et dormierunt. Quia lampades nostre extinguūtur.

¶ Secunda forma.

¶ Et si penultima breuis affuerit fiet accētus super ante penultimā vt patet.



In testimonum: Aut quid loquamini. Quoniam



satura bimini propter filium hominis.

Tertia norma.


¶ Item quandocunque extrema alicuius clausule dictio monosyllaba extiterit: debet tunc fieri accentus super eam ut duas valeat ut hec notula comprobat.




Nescio vos. Quia pater maior me est. Qui sequitur me.

Quarta formula.

¶ Nota quod si in fine illius accētus fuerit dictio greca, barbara vel hebrea: tunc fit accentus super ultimam. ut hic patet.




Dixit illis iesus. Genuit iacob Et benedic



populo meo israel.

De graui Epistolarum accentu. Caput octauum.


Grauis Epistolarum accētus fieri debet de tribus syllabis in nominibus latinis post syllabā quē eleuat in altū quarū penultima sit longa. ut hec sequentes formationes docent.



Lectio actuum apostolorum. Sancta coram



ipso ministraui. Qui in domino moriuntur.



Petrum et Johannem. Potestas mea.

Secunda regula.

¶ Quando accentus fit de duabus syllabis quarũ vltima est monosyllaba tunc duas valet eadem vt supra.



Tempus enim prope est. Sed et supportate me.



Que in ea scripta sunt.

¶ Directe accentuandi libellus explicit feliciter.

¶ Musica figuratiua: que et reruz factarum dicitur Incipit.

¶ Ad reuerendum in christo patrem. D. Hugonem Hasardum. Episcopū tullēsez Nicolai vvollici Barroducensis. in mensuralem musicam.

¶ Prefatio.



Armonicā vocis actōnē specieꝝ diuersitate figuratā accuratissime ex florido musicoꝝ hortulo recognitā: nomini tuo sacratissime ꝑsul ip̄sentiaꝝ dedicare nō verit⁹ sū: nec id ago: neqꝫ ita tuaꝝ virtutū ignar⁹ sū vt tā modico opusculo sūmis tuis dignitatib⁹ satisfacere posse arbitrer. Sed vt mercatores venaliū reꝝ degustationē attētātes: expimētū faciūt q̄ leuius de illaꝝ emptione deliberare queant: queadmodū Leonard⁹ aretinus in quadā Epistola scribit: sic ego cū toto conamine affectarē pro tua ꝑstanti beneficētia q̄cq̄d mea industria efficere possiz in te vnū conferre: hunc tibi cōposite musice libellū quasi quandā meorum studioꝝ degustationē transcripsi. Que si tibi litteratissimo eximioqꝫ doctori ac ꝑsidi amplissimo probata esse sensero/maiori cuz fiducia tandem tuo grauissimo iudicio confirmatus aggrediar etiam non exiguis munusculis immo: deo duce: grauioribus tecum agam. Sed quoniam superiori volumine: quod secundū equā temporis mensuram in singulis notulis constat esse dispositum pro huiuscemodi artis lepiditate quorumdam vatum hystorias satis confuse memorabamus: succurrit nempe deinceps easdem paulisper in medium referre. Unde ad id nostri Epigrammatis. His capti pisces: citharam sunt sepe sequuti. Testis aryone fabula nota lyre Beatus Augustinus li. i. c. xiiii. de ciuitate dei. exemplo ione prophete romanos consolans: qui licet in ventre piscis mersus nō tamē a deo desertus fuit: qd̄ cū id nōnulli forsan minus crederent. simile ex eorum libris sumptum obiicit: de aryone citharedo videli

cet cuius horrendam fortunam diuus Augustinus ibidem tangit: ita et Ouidius lib. ii. de fastis. Au. gellius vero lib. xviii. noctium acticarum: narrat q cum aryon esset Periandro regi corinthiorum familiarissimus et de Sicilia in patriam onustus grādi pecunia redirct corinthiosq nautas tanq sibi notiores elegisset. qui pecunie cupidi cum in altum mare venissent inuicem consiliuz ceperunt vt Aryonem interficerent. quod ipse comperiens oīa sua eis obtulit vt sibi vitam concederent. nec ei acquiescere curantes mox preceperunt q confestiz se in mare proiiceret: impetrauit nihillominus priusq se in mare precipitaret vt sibi liceret sua vestimenta induere et sui casus consolatorium carmen in cithara canere: quo peracto quantum potuit in equor se proiecit: raptimq inter vndas Delphinus affuit. eo quoq mox sup vndas eleuato susceptū supra dorsum ad terram portauit. Aryon autem in corinthum veniens talez se periādro exhibuit qualem Delphinus portauerat: de quo sic Ouidius. Ille sedet citharamq tenet preciumq vehendi. Cantat et equoreas carmine mulcet aquas. Quamobrem eundez Delphinū in celum fuisse translatum poete fingunt: nec reuera de Aryone ficticium est. Nam q quamplurimos homines Delphini susceperūt in mari vehendos/solinus auctor est. Ualerius libro vndecimo. Delphinos hominez non tanq alienum horrere testatur: sed nauibus potius occurrere quatinus eidē ludendo applaudant. Isidorus autem ethimo. libro duodecimo: inquit q Delphinoruz natura est: qui et Symones nuncupātur: vt gregatim ad melodiam veniant. Preterea Amphionem/Dyrceum/Anthiope/Lincei coniugis Methei Thebani regis filie. ac Epaphi iouis et Junonis filii. vt poete referunt filiuz Mercurius ab antiqua gente deus creditus primum cithara donasse fertur. Qua accepta artis adeo peritus euasit vt eo ludente saxa sua sponte se muris imposuisse dicātur. Mercurius quoq cum in cylleno mōte lyram per testudinem inuenisset. Auctore Dyodoro Siculo eandem septenis decorauit chordis: quam imprimis Orpheo tradidit cuius suaui Harmonia bene amatam Euridicen ab inferis reuocasse fertur. Ecce quid quantumue demum prisci Harmonie deditii perfecerint. At nos quid honoris quidue emolimenti accipiemus percipite. Quippe qui si summi opificis laudes decantauerimus vitam sempiternam coronamq immarcessibilem exultatione iubilantes cum omni gloria cōsequemur. nec ars nostra a Mercurio emanabit sed a xpo ie su omniuz plasmatore qui in ethere regnat. Nō igit p aures: velut

Basilius magnus inquit: sonus infundendus: qui animam corrumpere possit. Nam et nequitia et ignauia ex huiuscemodi musica gigni solet: sed ea musica recipienda est qua Dauid sacrorum carminum poeta vsus. Regem vt ferunt ab insania liberauit. Pythagoras etiam cum iuuenibus vino sertis: saltuque per ciuitatem lasciuientibus obuiaret iussisse dicitur ei qui modos Tybia faciebat: vt mutata harmonia Doricbum personaret. Quod vbi factum est bacchantes illos adeo resipuisse ferunt: vt serta abiicerent et rubore vultus verecundiam confessi domum abirent. Tantum interest corrupta an salubri musica impleare: que quanto pluribus partibus in concinentiam redacta fuerit tanto feruentius ad dei gloriam aduertentes concitat et allicit: non nempe Timotheus ab re palmam assequutus vt cunctis musicis longe antecelleret: cui tantum artis inerat vt quotiens libuisset animos hominum vehementi accenderet melodia necnon rursus molli ac placida deliniret. Et vt finem faciat iste libellus talis est qui dum legitur oblectet legentibusque eruditionem nec modicam vtilitatem affert: non est etiam quod ego id recenseam quandoquidem tui contemplatione satis discernitur. Uale presul inclite. N. vvolici decus et presidium, ex lutetia secundo Idus Aprilis M. D. ix.

De quinque essentialium figurarum consideratione diminutiorumque notularum formatione tanque materialium principiorum Caput Primum.

Figura est species vel forma occultas notularum preceptiones aperiens: qua mediante omnis harmonica prolatio inuestigari habet. Uel figura vt Grachinus ait est representatio recte atque omisse vocis. Rectam enim vocem dico que certa est mensura cantabilis seu pronunciabilis. Omissam vero que ipso silentio: certa temporis mensura consideratur. Recte quidem vocis figure sunt ipse notule. Omissa vero vox pausis declaratur. Harum notularum: vt recentioribus placet: octo sunt species appellatione et forma inuicem distincte: licet veterum discretio quinque dumtaxat esse dixerint: quas adhuc nostri essentiales vocant quoniam in his solum: per primos gradus: puta modum: tempus: et prolationem: musicalis fit proportio habet enim minima spe

ciei specialissime rationez:que in duasalias tantũmodo scinditur rursus et alia in alias duas et sic de similibus:quo fit vt de sequentibus nulla sit scientia sed abilitas quedam:quas licet antiqui nõ habuerint/nos tamen abilitatis diminutionisqȝ gratia easdem minus omittimus. ¶ Est igitur:huiuscemodi notularum processus. hoc ordine Maxima/Longa/Breuis/Semibreuis/minima/Seminima/Fusa/et Semifusa. Quarum descriptiones iaz subsequũtur.huiusmodi descriptiõibus. ¶ Maxima ceteras temporũ quãtitate et corpore figuras excellens:quadrata est figura cuius longitudo latitudinem in triplo excedit. Tractũ habẽs in parte eius dextra protensum vel sursum vel deorsum aut nullum habẽs. Quã Hugo duplicem longam appellat.eo enim pacto musici in tenoribus motettorum quattuor breuia tempora continentem nec spondeo/qui duabuslõgis constat ad simile superduxerũt.hoc modo.

¶ Longa quoqȝ quadrata est figura cum virgula in latere eius dextro adiecta sursum vel deorsum: quam quattuor quadranguli costis:equalem quantitate ducebant:hinc etiam dupla breuis vocabatur.vt hic.

¶ Breuis quadrata est figura sine quacunqȝ virgula Quam cum ipsi vnius inesset temporis mensura/tempus vocant que figurat̃ hoc modo.

¶ Semibreuis figura est que secunduz rectam ꝑdicte speciei formationem medium sui corporis obtinet/vt hic. vel est orbicularis notula sine quocũqȝ tractu formata sic. quaz plena temporis quantitate dispositam in binas partes equas diuiserunt:quibusquidẽ semibreuis partibus minimã vocis plenitudinẽ imposuerunt:ipsam inde minimã vocitãtes:cuius corpus simile semibreui apposita alteri angularium virgula sic formatur.

¶ Seminima descripta eadẽ proportione cũ minima sed pleno corpore hoc modo. Uel vacuo rostrata deorsum virgule sũmitate hoc modo.

¶ Fusa que et minima in quadrupla proportione dicitur:vt precedens rostrata est:sed pleno corpore:vt hic. Uel vacuo eadem parte dextra retorta:binarii numeri caractere:virgula sic figuratur.

¶ Semifusa et seminima minima dicit: quẽadmoduʒ minima trahit: colorata: binis: parte dextra: vncis adiectis hoc modo.
¶ Uel vacua eisdem obtentis vncis cum tractu ab infra: rursus hamum parte sinistra exigens: vt hic.
¶ Parimodo variatas duxerũt ꝛ reliq̃s: q̃rũ formatões ꝙ ab vsu recesserunt nec cãtabiles facile sint reiiciẽdas poti⁹ ꝙ̃ approbandas esse recẽtiores arbitrati sunt. Ouidius. Ex aliis alias reperit natura figuras.

Notula℞ formatiões ꝛ denominatiões hec sũt




¶ De ligaturis notularum.
Caput Secundum.

LIgatura est simpliciũ figurarum eiusdẽ vel diuersorum generuʒ: penes Arsim ꝛ Thesim: vtroqꝫ vel neutro latere indifferenter caudata: iuxta formã quadrate vel oblique: inuiceʒ aggregata collisio. ¶ Uel ligatura: vt Johãnes Tinctoris inquit: est vnius note ad aliã iũctura. Ligabiles notule sunt Semibreuis/Breuis/Longa/Maxima. Minimaʒ vero musicos ligationibus adiunxisse nobis nusq̃ꝫ compertuʒ est. Uerũ que simplices figure patiunt accidẽtia/puta alteratione: impfectionẽ diuisionẽ: additionẽ. ꝛc. id genus hec ꝛ ipsis ligatis solent intimari.
¶ Ligationuʒ figure tractum non habentium his regulis: tam a parte ante ꝙ̃ a parte posteriori: lucide describuntur.


Prima carens cauda longa cadente secunda.
Ultima quadrata dependens sit tibi longa.
Prima carens cauda breuis est surgente secunda.
Ultima quadrata consurgens sit tibi curta.

¶ Notādū ē p̄terea q̄ ligaturaꝝ notulis ꝓprietas penes p̄ricipiū et ꝑfectio q̄ ad eiusdē ligatōis finē: ascribūt. Quare scḋz frāchonē proprietas nihil aliḋ ē q̄ȝ ordinata ꝯstitutio ꝛ positio p̄ncipiis liga turaꝝ in cantu plano a p̄mis auctorib⁹ attributa. Oīs igit ligatura aut est obliqua: corpibus obliq̄s ꝯstās. Aut recta siue quadrata: q̄ penes p̄ncipiū mediū ꝛ finē: discutiēda venit. Si quātū ad eius p̄ri cipiū: hoc fit tripliciter vcȝ cū ꝓprietate: sine ꝓprietate: ꝛ cū opposi ta ꝓprietate. ¶ Mediis aūt ligationū figuris nulla īest essentialis dr̄ia: cū oēs ī quātitate ꝯueniāt: hic vnicū nomē sortiant necesse est Sūt em̄ vt frāchin⁹: auctoritate frāchonis ꝛ anselini ꝓbat: oēs me die breues. Quāobrē inepte longā inter duas breues nonnulli col locant q̄ūquidem solum principio atq̄ fini ligaturarum applaudit. ¶ Ultimis vero ligaturarum notulis ꝑfectio siue imperfectio cō uenit. si perfectio vltimā facit lōgā: si imperfectio. breuē vt sequēs descriptio facillime monstrat Rectaque et quadrata dicit.




Obliqua.

Ligaturaꝝ alia describit




Ascendens.

Quarum ligaturaꝝ.



Descendēs.




Unico corpore.




Diuersis corporibus.


Cum ꝓprietate dicūtur quando ligatura ascēdit cuius prima notula nullam habuerit virgulaꝫ ascendentem/descendentē ve vt hic.



Itē oīs ligatura descendens cuiꝰ prima notula tractū habuerit sinistrorsum descēdentē cū ꝓprietate dr hoc modo




Errāt qui primā huiꝰ longā ponūt cuiꝰ quidē ꝯditiōis pria notula sꝑ breuis ē.




Principia.


Sine ꝓpetate cū ligatura ascēdēs ī p̄ma notula ꝟgulā a latere descēdētē habuerit sic



Oīs eni ligatura descēdēs cuiꝰ p̄ma nullā habuerit caudā sine ꝓpetate dr sic. redditq̧ primā longam.




Cū opposita ꝓpetate qn̄ p̄ma ligature notula tractū ī sinistro latere ascendētem habet: vt hic.



Media vti nā q̧ paulo an̄ diximꝰ facillime cognoscūtur. Sūt igit oēs intermedie breues dē pta ꝓpetate opposita


Itē p̄ma nō reddit scd̄am semibreuē vt seipaꝫ sed ex ꝯsequēti: qm̄ sola semibreuis notula ligature incōgrua est: due ꝟo aptissime ꝯiungunt tam in tp̄e ꝑfecto q̄ȝ imꝑfecto. orit ꝙ in his nōnūq̧ alteratio. huiꝰ ligatōis notla p̄ma sꝑ sēibre. ē cū scd̄a

Directe cū tam ascendens q̄ȝ descendens ligatura vltimā habuerit quadram directe supra penultimam.




Cū ꝑfectione

Indirecte descēdēte ꝟgula in eiꝰ latere dextro: vt hic.




Quaꝝ cōditionū vltimas musici lōgas posuere.

Quadrate qn̄ vltīa ponit q̄drato corpore sub penultima: vt hic.




Fines siue postrema pūcta disquiruntur.

Quadrata si fuerit vltīa īdirecte a penultima resurgēs hoc pacto.





Cū fuerit vltīa resurgēs a penul. cuiuscūq̧ ligature tā ascē. q̄ȝ descen.



Sine ꝑfectōe

Vel cū eadē ligatura indifferenter vltimaꝫ obliquam dependentem a penultima habuerit.





Obliqua.

Quaꝝ vltias musici ipsi breues instituerūt.

❡ De pausis. Caput tertium.

Pausa est figura silentiuꝫ aspirationemꝙ vocis: per equa tēporis interualla: que equiualēs notula possidet: perꝙ cantus desistentiā mensurabiliter demōstrans. Uel pausa: vt Johannes Tinctoris inquit: est taciturnitatis signū: secūduꝫ quantitatem note cui appropriatur fiende. Hanc eniꝫ musici et ad opportunaꝫ quietem atꝙ refectionem anhelitus: et ad cantus suauitatem: post laboriosum vocis acumen grauamenꝙ: tum propter notulam difficulter locandam: tum ob multiphariaꝫ cantus deductionem. Nam quanto variabilius tanto delectabilius instituerūt Est siquidem pause forma linea seu virgula per spacia vel spaciū seu spacii medium protacta nulli notule iuncta sed a notulis prorsus separata.

❡ Pausarum alia.

❡ Generalis est maior ꝙ̄ trium temporum pausa oēs lineas chori spaciaꝙ ptingens. Est autem virgula simplex: vel duplex siue multiplex nec cantilene notulis: vt relique: cōmensurata designat tamen concentus terminationem.

❡ Pausa modi: que ⁊ trium temporum dicitur: tractus ē ad lineā quartam tendens: triaꝙ occupans spacia necnon tres breues que tempora dicuntur: silentio pertransit.


❡ Pausa longa: est virgula duo completa trium longarum cōplectens spacia. valetꝙ longam vbiꝙ dempto modo perfecto.

❡ Pausa breuis est tractus de linea ad lineaꝫ in cantilenis deductus plenum complectens interualluꝫ tres plerumꝙ semibreues siue duas taciturnitate pertransiens.

❡ Semipausa: que ⁊ semibreuis pausa dicitur: est virgula a linea cui adheret ad medium propinquioris spacii descendens: in quolibet signo semibreui notule equiualens.

❡ Pausa minima siue suspirium: virgula est linee adiecta: ad medium viciniosis spacii resurgēs. minimam notulam in qualibet prolatione complens.

❡ Pausa seminima: que et semisuspirium nuncupatur virgula est suspirio equalis verum a superiori parte dextrorsum vncata seminimam notulam perficiens. quarum formationes protrahuntur hoc modo.



Gñalis: modi: Lōga: Pausa: Semipausa: Suspiriū: Semisuspiriū

¶ De modo tempore: et prolatione tanq̃ primis harmonie gradib⁹: seu principiis formalibus. Caput Quartum.

Modus est diuersarum figuraruz: varia animi intentione penes numerum limitata quantitate distributum ꝓportionata coordinatio. Quem Johannes Tinctoris quãtitatem cantus ex certis longis maximam aut breuibus longaz respicientibus constitutam esse ait. Est et alia modi notificatio: diuisionez in se comprehendens. hoc pacto constructa. modus est triū longarum contra maximam: aut trium breuium contra longaz. vel est duarum longarum contra maximaz aut duarum breuium contra longaz positio. Est namq; (vt in ceteris rebus:) in harmonicis figuris secundum debitam temporis ꝛ prolatiōis mensuram: ipsarumq; notularuz numerum semper obseruand⁹ modus: a moderata (vt ferunt) modulatione dictus: vel a modificādo q̃ variata temporum cōsideratione diuersos modoruz motus efficiat. Circa modum vero varie musicorum opiniones fuerunt: et pleriq; diuersimode sentiētes: nihilominus q̃d vtilius occurrerit summatim dicemus. Quemadmodum enim in simplici musica modus consonātiarum saltuūq; species ostendit: sic in presentiarum etiam numerum notularumq; valores per tempus et prolationem informat: de hoc nēpe Horatius in sermonibus dicere conatur Est modus in reb⁹ sunt certi deniq; fines: vbi namq; modus est: vt musice loquamur ibi et tempus et prolatio sunt: sed non econtra quandoquidem modus agit in maximas longas et breues quantum ad augmentationem nihil tamen triplicat in breuibus. Et quamuis Guillielm⁹ de longa villa multiplices cantandi modos esse dixerit: duos tamen ex predicte diffinitionis diligenti recognitione facile colligimus. Maiorem qui in longis et maximis consistit. minorem vero in longis et breuibus: quorum quisq; in perfectum et imperfectuz scinditur: quoniam dualitatem tāq; numero pari ac femineo: imperfe-

ctum modum: Pythagoras isinuauit. Ternario autē quasi mascu lino perfectum quez prisci: tribus pūctis in quadra dectis hoc mo do [...] declarabant. Imperfectum vero duobus duntaxat pun ctis hoc modo [..] designantes quod iam recessit ab vsu quemad modum sequentia docebunt. hac notissima descriptione modis fa cile innotescit.



Tempus est vocis prolate vel omisse mensura: directe sub vno motu continuo proportionata: quod quidē Musici quantitatez bre uibus notulis ascriptaz intelligi voluerunt. diffinitq Tinctoris id ipsum esse quantitatem cantus ex certis semibreuibus breuem re spicientibus constitutam. quasi trium siue duarum sit semibreuiū positio. Unde igitur tempus aut est perfectum aut imperfectum. perfectum: vt is refert: est duz in aliquo cantu tres semibreues p vna breui numerantur. imperfectuz vero tempus breuem notulaz in duas semibreues distinguit. Agitq tempus duntaxat ī breues et semibreues vt diffinitū est. Preterea plane musice tempus nihil aliud est q̄ duratio eiusdem. Figuratiue autem musice tem pus per tactum et debitā mensurā discerni habet. vnde Ouidius inquit. Ipsa quoq assiduo voluuntur tempora motu.



¶ Prolatio est soni semibreuibus minimisq3 figuris mēsurati noticia. Quaz quidem Johannes Tinctoris quantitatē cātus ex certis minimis semibreuem respicientibus constitutam esse ait. Uel est duarum aut trium minimarum seu valoris earūdem contra semibreuem positio. Consimilemq3 ceteris essentialibus quantitatibus retinet particionem. Alia namq3 ternariam in semibreui recipit sectionem in tres minimas ipsam diuidens quam maiorem vocant. que perfecta est si tempus perfectum fuerit: aut imperfectā quando id tempus est imperfectum. alia vero binariam recipit distinctionem duas solūmodo vnicuiq3 semibreui minimas ascribēs hanc minorem dicunt quam rursus in perfectam et imperfectaz siue mediam diuidunt: vt hec sequens formula monstrat.

Prolationū alia
maior pfecta
maior ipfecta
minor pfecta
minor ipfecta
media.

ē eqū ꝫ valꝫ

¶ De signis. Caput Quintum.

Signum est quod priorem prebet cantus noticiaz quo ad modum: Tempus et prolationem. Et ex quo penes circulum potissime habet discerni. Johānis Tinctoris auctoritate eundē sic diffiniamus. Circulus est signū quantitatis: tēporalis: qui aut perfectus aut imperfectus est. Circulus perfectus est signū temporis perfecti. Circulus impfectus est signū temporis impfecti quē nōnulli semicirculū vocāt. de signis profecto veteres optime censerūt: quādoquidē modus Tempus et prolatio sine huiusmodi signorum positione frustra: cum priorem eorum dent noticiam: inuestigarentur. Qui qdem priores musici eosdem tres musice gradus binis circulis et puncto designarunt hoc modo. ita videlicet vt circulus maior modum indicaret. minor vero tempus: et punctus prolationem. Complures tamen ternarii atq3 binarii numeri characteribus pfectas atq3 imperfectas huiusmodi notularum quātitates exprimi asseruerant: precedentez quantitatem circulo: quuz perfecta munerositate disposita: vel semicirculo si imperfecta: ac reliquas subsequente perfectas ternarii numeri charactere: impfectas binarii considerātes: vt si cātilena fuerit

in modo maiori perfecto: et minori perfecto et tēpore perfecto cō posita. Si autem in modo maiori perfecto: ꝛ minori imperfecto ac tempore perfecto sequentibus noscatur signis.

Modi maioris ꝑfecti: minoris perfecti. et t̄pis ꝑfecti. O33
Modi maioris ꝑfecti: minoris imꝑfecti: t̄pis ꝑfecti. O23
Signū Modi maioris ꝑfecti: minoris ꝑfecti: t̄pis imꝑfecti. ⊙32
Modi maioris imꝑfecti: minoris ꝑfecti: tpis imꝑfecti. C32
Modi maioris imꝑfecti: minoris imꝑfecti: t̄pis ꝑfecti. C̀23

¶ Et sic diuersimode singula signa singulis figurarum quantitatibus referendo. Quod cum duo tantum signa preponunt modum ipsum minorem et tempus designari preceperūt. Tametsi pleriqꝫ sint qui non solum ipso ternarii vel binarii numeri charactere tempus perfectum aut imperfectum declarauerint. sed et sesquialteram quoqꝫ vel duplam in semibreuibus considerant proportioneꝫ hoc modo.

Modi minoris perfecti: temporis perfecti. O3
Signū Modi minoris perfecti: temporis imperfecti. O2
Modi minoris imperfecti: temporis imperfecti. C2
Modi minoris imperfecti: temporis perfecti. C3

¶ Uerumenimuero nonnulli hec predictarum quātitatum signa duxerunt reprobāda: cum teste Philosopho: frustra fiat per plura quod fieri potest per pauciora. Quocirca aliam nobis ponemus signorum diuisionem: licet immediate precedentia cantilenis plerumqꝫ sit adiungenda.

O C — Minoris ꝓlationis — perfecti / imperfecti. — temporis
Ø C̸ — Minoris ꝓlationis — perfecti. / imperfecti. — t̄pis ꝑ diminutionem.
⊙ C· — Maioris ꝓlationis — perfecti. / imperfecti. — temporis.

¶ Notandum est ꝙ nostri per circulum numero annexum/tali discrimine modum designauerūt vt si plenus foret circulꝰ modū ostēderet perfectum. Si vero semiplenus imperfectum. Cifra autem ternaria tempus perfectum binaria quoqꝫ imperfectum. tum circulus se solo positus perfectum tempus indicat: semiplenꝰ imper-

fectum. punctus vero cum sit minimum quoddam et continue quā titatis initiū: velut vnitas in numeris: sonus ī musicis. Circulusq̄ ac linea puncti ipsius aggregatione concrescan: vim quādam per fectiōis in continuis noscūt ꝑnotare. Et quū vnumquodq̄ (vt Frā chinus inquit) ꝑficiaꝫ minimo sui generis: musici ipsi ad minorū fi- gurarum ꝑfectam quantitatē describendā: quā prolationē vocant: ipsum signo vtriusq̄ temporis inscribendum instituerunt.

¶ Sunt ꝑter hec alia signa intrinseca: tripartita: modi videlicꝫ tē poris et prolationis. Modi maioris perfecti signum duabus triuꝫ temporuꝫ pausis designatur. Imperfectus vero modus maior nul lo signo: sed sola ipsius figura probatur. Atq̄ eadem consideratio ne minor ipse perfectus modus: vnico signo: sola videlicet triū tē- porum pausa (vt pote habitu quodam) aut trium longarum colora tarum positione percipitur. Imperfectus nullo (tanq̄ ꝑrimatiōe) sed sola proprie figure descriptione consideratur. Sunt et qui per fectum ac ternarium: in breuibus notulis: tempus probāt duabus semibreuium notulaꝝ pausis principio cantilene vel medio descri ptis: quas subsequentibus quidem figuris connumerant. Nonnul li vero tribus notulis breuibus plenis: huiusmodi scilicet plenitu dine accidentaliter imperfectis. ternariā temporis diuisionē ī car minibꝰ ꝑcipiūt. Binariā vero breuiū resolutionē in cātilenis Semi circuli declarat positio. nā semū a q̄ Semicirculꝰ: impꝫfectuꝫ sonat Sūt postremo q̄ duabꝰ minimaꝝ pausis cōtiguis notulis cātilene cōsiderandis: aut tribus notulis semibreuibꝰ coloratis: ꝑfectā ꝓla tionē expꝛimere ꝯsueuerunt. q̄bus em̄ signis tā extrinsecis q̄ etiam intrinsecis omissis. iam cantilena modo tempore et prolatione im- perfectis siue binariis regenda venit.

Signa de carminis cōsti- tutiōe non existentia.

Reinceptionis.
Pause ḡnalis
Convenientie
Aspirationis
Bmollis
Csolfaut
Ffaut

De notularum partibus: Tractu et valore. Caput sextum.

Figurarum alia dicitur pars propinqua. Alia remota. Alia remotior. Alia remotissima. Propinqua est in quam suum totum immediate resoluitur veluti lōga respectu maxime: et breuis respectu longe ad minimam vsq relationē hāc prosequens. Remota est inter quā et suum totum vnica media naturali ordine intercedit. Remotior vero pars est inter quam et suum totum bine maiores notule naturali ordine disponuntur. Remotissima est inter quam et suū totū tres figure maiores naturaliter resident: quemadmodū minima respectu maxime: quib longa: breuis et semibreuis directo tramite intercludūtur. Idem quoq arbitrandum est de aufractibus minime figure ad singulas. Ista igitur distributione/maximam semper constat esse totalem. ac diesim partialem reliquas autem intermedias totales et partiales. minima tamen apud neotericos ternariaz claudit figurarū sectionem. Quapropter .5. dumtaxat prioribus notulis accidentia ipsa musice figurabilis ascripta sunt. Sed ad earumdem notularuz mensuraz abs mora accelerare iuuabit. Unde Tactus est cōgrua figurarum modi temporis et prolationis mensura: continua motione signoruz adminiculo retēta. mensura vero vt Johannes Tinctoris inquit nihil aliud est q̄ adequatio vocuz quantum ad pronūciationem. Que non nisi secundum predictorum graduum diminutionem et augmentationem per notularum proportionabilem tactuz vnq̄ exacte deduci potest. Cuius priorem signa ipsa indicare habent noticiam. Ne ergo multiplici consideratione nos ī labirīthū decidere contingat ipsum Triphariā partiamur. in maiorem scilicet minorem et proportionatum. Maior is est qui tempus: hoc est: breuem vnico motu tangit. Minor qui et facillimus est solā semibreuez suo motu complet pro cuius euidentia specialiori. Nota q vna Semibreuis in singulis signis vnum valet tactum: altera tamen pars in signorum diminutione sola canitur. hinc est q in huiusmodi signis virgula sectis/vel notule paulo velocius tangi debent. vel semper duo tactus simul accipi pro vno. ita videlicet vt per maiorem tactum breuis eadem tangatur mensura: qui quidez modi tactus in singulis musice gradibus: proportiōibus demptis obseruandi sunt. Proportionatus tactus est quando simul tres semibreues tanguntur: vel tempus: eisdez equipollens. vti in Tripla proportione equalitatis: necnon inequalitatis: quando tres vi-

delicet contra vnicam: et in sesquialtera in qua tres directe cõtra duas depromũtur: et in reliquis id genus. Quod autem vnaqueq; figurarum in singulis gradibus valeat tactus: patebit ex figurarũ multiplicatione secundũ cuiuslibet signi informationẽ: qđ in subsequenti formula constat. nõnunq; minima figura: vti in platione maiori: tactu canit̃ q̃nquidẽ semibreues ternario pfluunt numero.


O3
Notarũ valor modi pfecti. Tpis pfecti minoris prolatiõ


O2
Notarũ valor modi pfcti. Tpis ipfecti mĩoris pla.


bre lon bre bre lon bre

O maria


Notularũ forũ: mĩoris. pl: pfcti tpis: Jn: pfecti modi.










Notular multipl. maioris pla. tpis pfcti. et mō ipfcti





Figurarum distributio. maio. pl. tpis ipf. et mō ip.







Notarum valor: minoris prolationis: īperfecti temporis et modi īperfecti.

¶ Cum vero figurarum valor in tactu consistat: tactus autem in notulis diuersimode figuratis et figure in signis necesse visum est imprimis earumdem figurarum multiplicationem posuisse: ac demum notularum valores per tactum descripsisse. per q̄s signorum modi: temporis et prolationis iudicationem demonstrasse. Sunt profecto summe in cantu necessaria per hec item vis omnium figurarum simul et ligaturarum dignosci poterit: quoniam quemadmodum valor in tactu existit: et tactus in figu-

ris:figureq; in signis sic et in ligaturis sed vario modo. Notandu; est tandem q color tertia; aufert partem perfectis temporibus de ptis non signatis. vbi color Emiolam representat proportionem in quibus quidem gradibus licet color tertiā auferat partē quo ad tactum non tamen id facit quantū ad motū. nonnunq etiā notule adimplentur perfectionis: alterationis vel imperfectionis gratia: qđ presentis tenoris comprobat descriptio.



Cantus.



Tenor.


¶ In hoc cātu q̄nta semibreuis ante prima; breuem alteratur valetq; seipsam bis. secunda vero breuis perfecta est. sed color in sequentibus alterationem aufert et notularum perfectionem.

¶ De puncto et perfectione. Caput septimum.


Punctus est cuiuscunq; ꝯtinui minima et indiuisibilis quātitas. musicaliter q̄dē augmētatiōis: diuisionis: perfectionis siue additiōis minimū quoddā signū est qđ notulis accidētaliter preponit' vel postponit'. siue supraponit' ⁊ hoc vltimo modo si in semicirculo ab inferiori pte aperto ponat' morā ḡnaliter fiē dā in illa nota supra quā cōstituit' designat. q̄ vulgo punctus organi nūcupat'. s; si ī circulo aut semicirculo a pte dextra apto ponat' maiorē rep̄sentat ꝓlationē: vn̄ neotericoꝝ q̄dā duos dūtaxat pūctos sc; diuisionis ⁊ p̄fectiōis eē volūt: quidā ṽo tres: additiōis pūctū cōiū gētes. quā q; veteres sex nuncuparūt vt puta pūctū additiōis: diuisionis: p̄fectiōis: alteratiōis: īperfectiōis ⁊ trāspositiōis: tres tn̄ posteriores ī diuisionis pūcto ꝯsiderabim⁹. quos musici sic diffiniunt.

¶ Pūct⁹ diuisiōis ē graduū ab īuicē sepatio: is non canit' nec circa notā locat': s; paulo alti⁹ vel ꝓfundi⁹ affigit': q̄ notule p̄positus vel postposit⁹: ipsam nec auget nec minuit: s; ad p̄cedētē vel sequente; eandē designat applicandā ⁊ cōnumerandā: ꝓ cōplenda ternaria ī


notulis diuisione. qđ quidē duplicit notulis accidit mediate. s. ⁊ imediate. Mediate vo cū notulā cui appositus est ad distātiores figuras trāsferat cōnumerādā: quē ꝓprie trāspositiōis seu trāslationis pūctū decet appellari. Immediate aūt quū figurā cui adiūgit ꝓpinquiori seu ꝓpinquioribus notulis maioribus cōnumeratur quē proprie diuisionis punctum appellandum censeo vt hac monstratur tenoris formula.



Cantus.




Tenor.




¶ In hoc tenore pūctus semibreui primā breuē sequēti iūcto semibreuē breui ipsi ꝑficiende tp̄is ipsi⁹ aceruatione īdicat applicādā. sequens vero pūct⁹ q̄rtā semibreuē sequēti breui ne ternariā tp̄is diuisionē ꝑficiēdā ꝯnumerari facit. Tercius pūctus: semibreuē tres breues ꝯiūr positas immediate p̄cedētē diuidēs: eādē ad vltimā illaꝝ breuiū monstrat esse trāsferēdā: ipsiqꝫ cōnumerādā. qꝛ aūt nō p̄me breui neqꝫ sc̄de. semibreuis ipsa pōt applicari rō ē: qm̄ sil̄is aū sibi sil̄em nō pōt impfici. Sunt ⁊ qui notulā hmōi trāsportādā duob⁹ vtriusqꝫ pūctis circūueniūt. pūctus itaqꝫ diuisionis notulis dūtaxat ī sua ꝑfecta quātitate ꝓductis: oībusqꝫ perfectoꝝ graduū figuris p̄terqꝫ maxīe maiorē se. cui cōduceret nō habenti: cōiūgit. ¶ Pūct⁹ ꝑfectiōis ē q̄ facit additionē notule p̄cedētis: sequētisqꝫ diuisionē: sic. n. dubiū amouet ꝑfectāqꝫ reddit p̄cedentē quē nōnulli additiōis pūcto equipararunt. qui semper notule sue p̄cedentis medietatem obtinet. Unde Franchi. Gapho. vtrumqꝫ sub perfectionis puncto sic diffinire videtur. Pūct⁹ ꝑfectiōis ē q̄ postpositus alicui notule ipsaꝫ ꝑficit: tris ī ꝑtes equas diuisibilē reddēs. hinc primo

mō consideratꝛ quū alicui notule ī sua quātitate ꝑfecta dispositē apponitꝛ tunc enim licet a minore eā precedente vel sequente īperfici posset:in ꝓpria facit ꝑfectione remanere:eo circa perfectionis nuncupatur pūctus.


¶ Secundo quum alicui imperfecte quantitatis notule postponitur:notulam ipsam recto proprie quantitatis dimidio noscitur augere quare additōnis siue augmentationis punctum vocant:qui notulam ternaria diuisione perornans perfecte equifacit figure: perfectionem quandam: (quamuis in temporibus dumtaxat imperfectis) sibi vendicare presumens:hinc et perfectionis punctum appellant:quod presenti exemplo discernitur.



Cantus.



Tenor.



¶ Punctus appositus prime breui ipsius Tenoris:eandē in sua ꝑfectione retinet:que tamen posset a tertia sui parte:videlicet minima punctata cum subsequente seminima imperfici:quod quidē facit punctus tertie breui annexus. ¶ Punctus vero secunde breui iunctus sub imperfecti temporis signo:ipsi augmentum prestat.dimidii proprie quantitatis:tris in partes equas eam resoluens. Idemq; efficit punctus semibreui appositus:notule perfecte prolationis equipollere faciens.

¶ Solam itaq; prepositus notulis punctus diuisionē:postpositus vero et diuisionem et perfectionem pernotare videtur.

¶ Est igitur pfectio: vt Johannes Tinctor inquit: note in sua pfectione permanentiam et totius cantus aut particularum eius conclusionē designās. Uel sic perfectio est notam imperfectā pfectaꝫ reddere. fitq in modo tempore ꝛ prolatione mediante pūcto. Dis ergo punctus additiōis siue perfectionis additus cuicunq notule valet semper medietatem figure precedentis eandem perfecta quantitate ternaria resolubilem reddens.

¶ De imperfectionibus figurarum. Caput octauum.

IMperfectio: vt Gaforus inquit: est reductio quedam tertie partis ad plus ad suum totum: secunduꝫ ternariā eius positionem prius in ipso consideratam. Quam Tinctoris ait tertie partis valoris totius note aut partim ipsius abstractionē vel cōtractius. ¶ Imperfectio est notule alicuius ex numero ternario depredatio. aut notulā perfectam imperfectam reddere. qđ quidem dupliciter in cantilenarum figuris accidit: cum notulaꝫ ipsam imperfectibileꝫ iam a parte ante: iam a parte posteriori tantū vel abvtraq parte contingat imperfici et tribus modis secunduꝫ trifariam formalium graduum modi scꝫ temporis et prolationis positionem. ¶ Unde imperfectibiliū notularum/alia patiens tm̄ Alia tantum agens. Alia agens et patiens est. ¶ Figura patiens tantum est sola maxima: hec enim cuꝫ possit multimode ab inferioribus imperfici: nullam vnq̄ figuram impficit: qm̄quidem maioreꝫ se nunq̄ pcedit aut sequit̄ cui tanq̄ ps tertia ipfectibilis applicari valeat. ¶ Figura agēs tm̄ ē vna dūtaxat vcꝫ minima: q̄ q̄uis alias in platione pfecta ipficiat ab altera nūq̄ pōt impfici. Figura autē agēs ꝛ patiēs est q̄ ipficere pōt ꝛ impfici ꝛ sunt tres. s. lōga breuis et semibreuis/qm̄ vnaq̄q ꝛ maiorē ipficere ꝛ a minore impfici pōt Quocirca notādū/q notula iā i toto iā i pte impficit̄: ex q̄ figurarū alia ē ps ppinqua aliavo remota quēadmodū breuis figura: lōge ps est tertia ppinq̄ eādē i toto impficiēs. semibreuis aūt vel minima: eiusdē ptes remote sunt: ipaꝫ (pfectiōe quātitatis disposita) in parte impfectā reddētes hoc. n. pacto figura pōt a remotiore pte q̄ ad partē remotā ipfici. ¶ Pausa itaq non iperficit̄ nec sil'is aū sibi simil' vnq̄ impfici pōt: imo figura minor supflua maiorē pcedētē et nō sequētē/nisi ratione pūcti diuisionis aut perfectionis iperficit. ¶ Preterea tres quidem sunt cōditiones que imperfectibileꝫ figuram imperfectam esse designant. Numeralis imperfectio. Pūctualis diuisio: et notularū plenitudo: que sigillatim in hac sequenti graduum dispositione formabuntur.

Imperfectio triphariam deducitur in

modo [notation] imperficitur a q̄ sedq̄ a [notation] vel valore eius ante et post hoc pacto [notation]


Tempore [notation] ab vna semibreui ante et post imperfici possunt: vt hic [notation]

prolatione [notation] imperficiuntur a [notation] vel valore eius a parte ante vel a parte posteriori hoc modo [notation]

Animaduertendum est tandem q̄ q̄uis preceptiua illa regula que est q̄ similis ante similem nunq̄ imperficitur: a Franchino Gaphoro summopere fuerit obseruata: quam quidem nostris tenoribus plerūq̄ etiā addidimus ab vsuali tamē concinentia cantoꝝ recessit quū sugfluā notulā minorē ꝑrimam maiori per sincopam vt plurimū adiungant.

Tenor.

Cantus



In hoc tenore maxima imperficitur a parte ante quo ad totũ a lõga eaz immediate ꝓcedente: due autẽ longe maximã sequentes in sua perfectione stant. sed tertia imperficitur a parte post quo ad suum totum a prima breui. Secunda vero breuis/per punctum delende alterationis gratia: a sibi simili diuisa sequentem longam imperficit. Prima breuis. sub signo tẽporis perfecti. Impficit a parte post quo ad totũ a semibreui subsequente. Lõga vero impficit/tam a parte ante q̃ a parte post q̃ ad ambas ptes ꝓpinquiores vcz a precedente ꝛ sequente semibreuibus. Sed scda breuis a pte post ꝑ sequentẽ semibreuẽ: reddit imperfecta: quãquidẽ semibreuẽ/pũcto diuisionis se iunctã/quattuor eiusdem speciei sequuntur/quapropter de numero ternario vna superest: que cũ precedentibus annumerari nequeat. sedem ꝑfecte quantitatis apud sequentes querat/necesse est haud nihilominus proximã breuem neq̃ secundam (quum similis ante similẽ nunq̃ imperficiatur) imperficere potest. Tertie tamen breui connumeranda venit. Penultima breuis eiusmodi signi tp̄is perfecti a prima quattuor semibreuiuz

(quandoquidem figura minor precedentem maiorem: nisi obstante pũcto: semper imperficit) incompleta redditur vltima breui ternarium numerum complente.

¶ Breuis sub signo perfecti tẽporis atq̧ perfecte prolationis descripta a partibus remotis videlicet minimis quo ad duas partes propinquas a parte ante et a parte post imperfici declaratur. Tertia semibreuis imperficitur a minima sequente a parte post. Quarta vero semibreuis a parte ante a precedente minima imperficiẜ.

¶ Verũ breuis: sequens imperfecti temporis: et maioris prolationis signum imperficitur a parte ante ⁊ a parte post quo ad ambas partes propinquas imitans: quaꝝ primã a parte ante secundam a parte post iperfici constat. Sequens autẽ semibreuis a parte post et vltima a parte ante iperficiuntur. Omnis ergo figura in sua perfecta quantitate secundum sc3 ternariã propinquarũ partiũ aggregationem disposita: si tertie sue partis abstractione iperficitur imperfecta existat necesse est: binarieq̧ inhereat diuisioni tanq̧ imperfecte eius quantitati substituta.

¶ De alteratione.
Caput nonum.


Alteratio in mẽsurabilib⁹ notulis dicitẜ apud Johannem Tinctoris proprii valoris alicuius note duplicatio. vel sic. Alteratio est alicui⁹ note minoris respectu maioris geminatio. ¶ Supponitur primum q̧ maxima figura alterationi minime conuenit: terminaturq̧ in minimis quemadmodum formales huiuscemodi artis gradus. quandoquidem diminutiores notule minimam subsequentes perfecta quantitate scilicet ternaria carent. Pausa insuper non alteratur: licet notula eam sequens eius gratia altereẜ. Nonnulli tamẽ fuere qui et pausas alterationi ascripserunt quos communis musicorum scola reprehẽdit. Tollitur vero hoc ipsum accidens per puncti diuisionis appositionem notularumq̧ plenitudinem.

¶ Euenit q̃dẽ notulis i sua ꝑfecta quãtitate dispositis: atq̧ i imꝑfecta quũ sint propinque partes sui totius perfecti: veluti semibreuis imperfecte prolationis in tempore perfecto: et breuis imperfecti tp̄is in mõ minori ꝑfecto: sicq̧ huiusmodi. ¶ Lõga. n. ad modi maioris perfecti ternariã ꝯsiderationẽ solet alterari. ¶ Breuis ad cõplẽdã perfecti modi minoris numerosam integritatẽ altereẜ. ¶ Semibreuis autẽ ad perficiendam perfecti temporis diuisio

nē alterationi se subiicit. ¶ Minima vero vt pfecte plationis diuisio sit alteratione subit. q toties fieri potest quoties sub substātialiū graduū fit acceptio: qbus velut substātie accidēs: ita hiisce gradibus alteratio cōuenit. vt sequētibus pnotescit formationibus.


¶ Maiori perfecto quū due longe inter duas maximas vel inter earum figuratas qtitates descripte sunt: secūda semper alteratur. nisi pūctus diuisionis interiectus sit: vt hic.

In mō




Alteratio scdm triplicē substantialium graduū considerationē causatur triphariam.


¶ Minori perfecto quuz due breues inter duas longas: aut earum qtitates sine puncto reperiuntur secunda erit altera.



¶ Tempore quando due semibreues duabus breuibus perfecte qtitatis: vel ipsarum breuium figuratis qtitatibus includuntur: puta duabus pausis breuibus. vel si inter breuē & pausam/seu inter pausam & breuem situētur/semper secunda alterabitur: nisi (quod pdictuz ē) pūctus diuisionis fuerit ipis interposit⁹ vt hic




¶ Prolatione quotienscunq; due tm minime inter duas semibreues perfecte plationis: vel earumdem figuratas qtitates reperiuntur: secunda semp alteratur duaruz equiualens qtitati minimarū vt hic.






Alteratio fit extra ligaturas et in ligaturis.


Prima quattuor breuium sine pūcto pmā longā imperficit.




Quinta alterat. Gemine semi longe imperficiuntur. Secunda semi. alteratur. Hec quinta sequentem imperficit.




Pria precedentē. Diuisa precedētem imperficit Secūda ligatura alteratur. Maiores imperficiuntur Quinta alterat. Secunda minima alteratur.




Cantus.



Breuis pausam sequens alteratur.


















❧ In hoc tenore scd̄a breuis primam sequens longam sine pūcto alteratur. Tertia vero per pūctum diuisa precedētem longam imperficit: et q̄rta sequentē. Sitq̄ in ligatis hec ip̄a notule cōgeminatio. ❧ Ita itaq̄ quotiēs ternariā q̄titatem numeraueris toties p̄fectionē ip̄am designabis. Uerum enimuero prima quattuor breuiū inter longas positarū p̄cedentē longam imp̄ficit: nisi punctus vltimam a penultima diuidat. Nam sic quarta breuis sequēti lōge cōnumerāda venit. quod etiam fit cū post longe punctus additur. Insup̄ quando quinq̄ breues inter longas situātur: nullo intersecto puncto vltima erit altera. Due semibreues longā modi p̄fecti precedentē imp̄ficiunt a parte post. ❧ Quum vero pausa alicuius figure et figura similis duabus interponūtur maioribus vt in discātu p̄missuz est: tunc aut pausa p̄cedit notulā: aut notula pausaz. Si pausa p̄cedit tunc figura alteratur. Si autē figura pausam p̄cesserit non causatur alteratio cuz scd̄a semper alteretur. et non p̄ma. et pausa nequaq̄ possit alterari. ❧ Preterea notulā alteratā a parte ante imp̄fici (vt Johēs de muris asserit) duximus vna cum aliis impugnandum cū nullo pacto tris in partes sit diuisibilis. ac similem a simili imp̄fici posse nusq̄ creditū sit. ❧ Nota q̄ si due semibreues inter duas breues tēporis claudūtur sine pūcto scd̄a erit altera. Q̄obrem scd̄a duaruz semibreuium sub pleno circulo positarū alterat. sed sequentes diuise maiores ip̄as ante et post imp̄ficiunt. Si vero quattuor interponūtur p̄ma semibreuis p̄cedentē breuē imp̄ficit: nisi punctus p̄fectionis p̄cedenti maiori adhereat tūc eñ quarta sequēti venit annumerāda. Sed q2 hoc interdū fallit deducitur hoc pacto regula: q̄ quotiens q̄ttuor semibreues ita ponuntur/p̄me due coniunctim: alie separatim: vltima sequentez imp̄ficit. Si vero due intermedie coniungantur p̄ma p̄cedētē imp̄ficit. Si tres semibreues inter duas breues claudantur: quaruz due p̄me sint ligate et vltima diuisa p̄ eodē tempore computātur. Sed si due postreme sint ligate p̄ma diuisa p̄mam imp̄ficit/et vltima alteratur: nisi punctus p̄fectionis p̄mam maiorē perficiat. Si

autem quinqꝫ semibreues inter maiores situētur pͥma ꝛ vltime due diuisim: secunda ꝛ tertia coniunctim pͥma semibreuis pͥmam impfi cit/ ꝛ vltima vltimam. Si vero pͥme due sint coniuncte vltima alteratur. Secunda illarum duarū minimarum pͥmam breuem sub signo tp̄is perfecti ꝛ pfecte ꝓlationis immediate consequentiuꝫ alteratur: quia ambe ipe minime imperficiunt ipam breuem quo ad totum: scilicet de tertia eius ternaria parte que ꝓpinqua vocitatᷣ. ¶ Tertia minima primam eiusdem signi semibreuem imperficit. Quinta vero minima alteratur. quod et de similibus precedens exemplar dilucidat.


¶ De sincopatione.
Caput decimum.

Sincopa mensurabilis est notule vltra maioreꝫ vel maiores suas ad aliam vel ad alias reductio quibus conueniat in connumeratione. ¶ Sincope exempla in quolibet trium graduum scilicet in modo/ Tempore ꝛ ꝓlatione ꝓut omnimode perfectioni equipollere videtur) sunt hec.


In modo maiori.




In modo minori.



In tempore.




In prolatione.





¶ Euenit enim sincopa in cantilenis quotiensciunqꝫ per plures figuras ꝓceditur sub diminuta connumerandarū notularum numerositate: siue binaria (teste Gaphoro) siue ternaria fuerit earum qͣntitatiua dispositio. Conuenerunt autem musici minimā notulam vltra pausam breuem per sincopam non esse transferendaꝫ: sed vltra pausam. semibreuem tantum. quod etiaꝫ raro fit. Parimodo notulam semibreuem raro vltra pausam breuem: nunqͣ vltra pausam lōge debere reduci. Reliquasqꝫ consimili ordine cōsueuerūt esse cōsiderandas. His tamen multi ex recentioribus cantilenarum compositoribus dissentiunt: non modo semibreuem notulam vltra pausam breuem per sincopā ducentes: immo (quod distantius est) vl-

tra pausam longe eandem statuentes transferendam. vt in Barit-tonante primi kyrie de: Elle est bien malade. Quod sequens exemplar dilucide clarificat.



Tenor.





De diminutione et semiditate. Caput vndecimum.

Diminutio signorum diuersitate: notarumque tarditate/ac velocitate constat. vt in hoc signo O notule tardius exprimende veniunt quam in illo. Ø.

Semiditas autem pernoscitur quum dumtaxat figurarum medietas canitur: vt hic. C II tangitur tactu minori notule semibreui equipollens. Sed in hoc ¢ minus in duplo valet. De quibus quidem accidentibus Laudensis limpidissime sub solius diminutionis acceptione peragit eandem sic diffiniens.

¶ Diminutio in mensurabili cantilena est abstractio certi valoris q̄titatiui ab ipsis figuris.


¶ Tripliciter enim a musicis solet interpretari: canonice videlicet proportionabiliter et virgulariter.


¶ Canonice quum notularum q̄titates declinant et variantur in mensura secundum canonis ac regule inscriptam sententiā. Hac descriptione inq̄ maxima fit longa breuis: et huiusmodi collocando videlicet breuem pro semibreui. semibreuem pro minima. Atq̄ item hoc modo diminutio a contrario sensu plerunq̄ accipi solet: hoc scilicet canone breuis fit maxima. semibreuis lōga. minima breuis: sicq̄ diuersimode. Quod arbitrarie musicorū dispositioni conceditur. Quemadmodum pierquin de Nancy fecit in tenore ipsius Agnus dei de Comment peult auoir ioye/signo reinceptiōis tm̄ signato: vbi breuis primo valet maximam secundo longam perfectam. tertio longam imperfectam. quarto breuem. quinto semibreuem. Hinc diminutio est proprie ac primarie q̄titatis secundum notule formam variatio.

¶ Canon igitur est ydonea ac ymaginaria cātoris preceptio que partes nō positas ex positis per dyatessaron/dyapenthen/siue dyapason sursum vel deorsum harmonicaliter elicit/vt ī Osanna misse oblationis pape/contratenor altus per dyapenthen supra tenorem inuestigatur. Et in cantilena. Qui ne laymera. in qua octo p̄tes facile indagātur. Quod plerunq̄ Josquin inter ceteros diuersimode practicauit.

¶ Proporcionabiliter sumpta diminutio est que p̄priis numerorum characteribus certam p̄porcionem p̄bantibus constituitur. Hec enim figuras ipsas minuit secundum disposite proportionis considerationem.

¶ Virgulariter disposita diminutio est que per virgulam signum temporis scindentem declaratur. Hec quidem proprie temporali competit mensure: non ipsis figuris. Tali nāq̄ signo ipsa minuitur mensura: non notularum numerus. quod presenti notatur exēplo.





Uerum enimuero alias multiphariam formabuntur canones. Dupla tamen proportio ceteris et diuisione et prolatione siue pronunciatione proportionibus est notior atq facillima. Ex quo igitur mensure huiusmodi virgulariter considerata diminutio in duplo est velocior: duple videlicet equipollens proportioni / a cantoribus presertim obseruari solet.

De pportionibus.
Caput duodecimum.

Proportio est duarum eiusdem generis quantitatum vnius ad alteram / in equalitate vel excessu certa habitudo.

Proportionum. Alia rationalis. Alia irrationalis.

Rationalis est duarum comparabilium tanq numeri ad numerum. Aut est duarum commensurabilium qtitatum in discreto vel in continuo ad se inuicem comparatio. De discreto quidem exemplum est senarius numerus ad quaternarium: vna cuz reliquis numerorum relationibus. His nanq datur aliqua communis mensura vtruq eorum precise conducens. vt binarius ter sumptus senarium facit. bis vero tm sumptus quaternarium. Hinc est q eorum dicitur communis mensura. Continui vero exemplum est linea tripedalis ad bipedalem: quaruz semipedalis aliquotiés sumpta ambas mensurans dicitur communis mensura. Quod etiaz in ponderibus fit veluti qtitas nouē vnciarū ad sex vnciarū qtitatē: quarū pondus trium vnciarū noscit mensura cōis: quas quidem qtitates


in.x. Euclides ipse communicantes appellat.

¶ Irrationalis est duorum comparabilium proportionum tanquam numeri ad numerum. Aut est duarum incommensurabilium quantitatum inuicem relatio: vt Diameter quadrati ad costam eiusdem/ quorum nulla reperitur mensura communis ambas quantitates precise mensurans. ¶ Has igitur incommensurabiles quantitates Arythmetici surdas vocant. Earumdemque considerationes ab Arythmetica: (cuius communis mensura vnitas est) disiungentes. ¶ Veruntamen musici irrationalitatem quandam harmonice considerantes. et eas que consona interualla in chordotono illesa non mentiuntur irrationales proponunt: quandoquidem ipsarum dimentonum nulla dignoscitur mensure communis integritas. quemadmodum Franchinus in harmonici instrumenti descriptione probat. ¶ Cum igitur Arythmetica proportio in numeris constet. Geometrica in continuis: Stereometrica in libratione ponderum: que et a nonnullis geometrice ascribitur. Musica autem proportio (earum particeps) mutua consideratione procedit. Ducibus namque numeris in chorda sonora que continua est sonos disponit. Rursus numerorum opera sonos comprehendit secundum temporis successionem Duos subinde artis effectus proponens. Primum in sonorum dispositione per consona interualla: quod theorici est. Alterum in ipsorum temporali quantitate sonorum per notularum numeros: qui actiue seu practice ascribitur considerationi. Attenditur plerumque proportio et in potentiis. plerumque etiam in locis et temporibus vt plato in Thimeo et omnis philosophorum schola consentiunt: inquantum scilicet aliquid maius est altero vel ei equale: quod proprium quantitatis est. vt Aristoteles in predicamento quantitatis testatur. Quocirca primum proportionem discrete quantitati et continue: deinde sonis: locis: temporibus: ponderibus ac potentiis inesse necessum est.


¶ Proportio: equalitatis est duorum equalium habitudo vel duarum quantitatum: equalium inuicem respectus vt duorum ad duo et linee bipedalis ad lineam bipedalem.

¶ Inequalitatis autem proportio est duorum inequalium habitudo quorum maioris ad minus: dicitur proportio maioris inequalitatis et minoris ad maius dicitur minoris inequalitatis proportio. De primo exemplum est. 4. ad. 3. De secundo. 3. ad. 4.


¶ In cuius rei testimonium huiusmodi Laudensis exemplar adiunximus.



Cantus.



Tenor.



¶ Proportionum maioris inequalitatis. Genera sunt quinqꝫ quibus species infinite sunt: et quoruꝫ effectus notulas quibus preponuntur in cantilenis minuunt ex eo ꝙ maior notularum numerus coequatur minori

¶ Multiplex vt.6.ad.2.ꝛ.4.ad.1.et.5.ad.1.

¶ Superparticulare.vt.3.ad.2.et 4.ad.3.et.5.ad.4.

¶ Superpartiens.vt.5.ad.3.ꝛ.7.ad.4.et.9.ad.5.et.11.ad.6.

¶ Multiplex superparticularis vt 5.ad.2.ꝛ.7.ad.3.et.9.ad.4.

¶ Multiplex superpartiēs. vt.8.ad.3.ꝛ.11.ad. 4.et.4.ad. 5.et.11.ad.3.

Minoris inequalitatis proportionum genera sunt quinqꝫ/predictis contraria: iisdem quoqꝫ vocalibus cum preposirone sub nuncupata. vt

¶ Submultiplex multiplici cōtrarians.

¶ Subsuperparticulare.

¶ Subsuperpartiens.


¶ Submultiplex suppartículare.

¶ Submultiplex superpartiens.

¶ Quorum species sunt infinite: nec earum denominationibus incongruit prepositio sub: proprietates enim earumdem notulas quibus preponuntur adaugent secundum vniuscuiusque naturam et effectum. quoniam igitur precedentibus opponuntur: eandem sapiunt naturam in contrariis: Contrariorum namque eadem est disciplina Tametsi plures sint ac pene infinite proportiones: certas tamen artis preceptores harmonie magis seruientes pre ceteris in vsum deferre voluerunt. ob vocum consonantias et consonantiarum partes.


¶ De genere multiplici et aliquibus speciebus eius. Caput Tridecimum.

Multiplex genus est quum maior numerus comparatus et superpositus minori comprehendit ipsum pluries intra se precise: vt bis vel ter vel quater et deinceps. quod si bis maior continet minorem dicitur proportio dupla. vt. 2. ad. 1. et. 4. ad. 2. et. 6. ad. 3 vel. 8. ad. 4. ¶ Musicaliter quidem quando due minime contra vnam ponuntur aut. 4. contra. 2. vel. 8. contra. 4. figuratur enim in cantibus hoc pacto. 2. 4. 6. quod presens concentus denotat.




¶ De proportione tripla.

Tripla proportio fit quum maior sequentium notularum numerus comparatus et superpositus minori precedentium refertur et coequatur ipsi minori comprehendens ipsum ter in se precise vt. 3. ad. 1. et. 6. ad. 2. et. 9. ad. 3. et deinceps. In tali enim proportione tres notule equiualent vni sibiipsis nomine et quantitate consimili. ita vt quelibet trium diminuatur de duabus tertiis partibus proprie quantitatis. Figuratur autem in carminibus hoc modo. 3. 6. 9. quod presenti declaratur modulo. 1.2.3.




Cantus Tripla.




Tenor.


¶ Si vero in figuris post triplam proportionem fuerit subtripla triple contraria: mox deprimetur tripla: et notule sequentes ipsam subtriplam ad priorem notularum que scilicet ante triplam fuerat: reducentur cõsiderationez: quod etiam de singulis oppositis producitur: vt sequenti Laudensis pernotatur exemplo.



Cantus Subtripla sequens triplam.




Tenor.




De pporcione quadrupla.

Quadrupla pportio fit quum maior sequentium notularum numerus ad minorem precedentium numerum relatus coequatur ipsi minori continens ipsum quater precise. vt. 4. ad. 1. 8. ad. 2. 12. ad. 3 Musicaliter autem quando quattuor notule contra vnam nomine & qtitate similem ponuntur: ita vt singula queque ipsarum quattuor minuitur de tribus quartis partibus sui qtitatiui valoris. cuius signu est quaternaria cifra algoristica cuilibet adiuncta signo. vt hic O 4. Aut describitur inter notulas hoc modo. 4. 8. 12.
1. 2. 3.




Cantus Quadrupla pportio.







Tenor

Nota secundum Gaphorum q immediate disposita in notulis subquadrupla q quadruple contrarium operetur effectum mox quadrupla ipsa obruet: vt hoc constat exemplo.



Cantus. Subquadrupla quadruple contraria.





Tenor.

Sunt profecto huiusmodi mltiplicis generis ac submultiplicis species infinite quas musicoꝝ diligentie relinquimus exquirendas.

De genere superparticulari ⁊ eius speciebus. Caput decimum quartum.

Superparticulare genus maioris inequalitatis secundū dicitur quum maior numerus ad minorem quē semel cū aliquota ipsius parte comprehendit: noscitur esse relatꝰ eidem in potentia equiualens et temporis mensura.


Sunt em̄ huiusmodi generis species pene infinite: cuius tñ vsitatiores iā nūeramꝰ

Sesquialtera
Sesquitertia
Sesquiquarta
Sesquiquinta
Sesquisexta
Sesquiseptima
Sesquioctaua
Sesquinona

et deinceps: quarum ordinem ac processum concipies cum quemlibet numerū minori sibi contiguo et primiori duxeris comparandum.

¶ De pportione sesquialtera.

¶ Sesquialtera pporcio fit quandocunq maior numerꝰ semel minorem continet/et eius alteram partem/hoc est dimidiam ipsius partem equiualens ei in qntitate et mensura: vt quando tres minime contra duas ponunt: vel.6.ad.4.&.9.ad.6.&.12.ad.8. Cuius signum est ternaria cifra algoristica supra binariam posita: vt hic.3. Emiola vero penes colorē dignoscit vt hoc disponit exēplo. 2








¶ De ppocione sesquitertia.

¶ Sesquitertia proporcio fit cum maior sequentium notularū numerus ad minorem precedentium relatus continet ipsum semel: & insuper tertiam ipsius minoris partem equiualens ei in potentia et mensura: vt.4.ad.3.et.8.ad.6.et.12.ad.9. Figuratur autem in cantibus hoc modo. 4.8.12. / 3.6.9. vel semicirculo reuerso sic Ↄ designatur. Destruitq a subsesquitertia sibi opposita ipsam statim subsequente, quod tali concentu percipitur.



Cantus. Sesquitertia. Subsesquitertia.




Tenor.



¶ De pportione sesquiquarta.

¶ Sesquiquarta pportio dicitur quum maior sequentiu; notulaꝝ numerus ad minorem precedentem relatus comprehendit ipsum in se semel. ⁊ insuper ipsius quartem partem: equiualens ei in q̄ntitate et temporis mensura. vt. 5. ad. 4. et. 10. ad. 8. et. 15. ad. 12. In hac enim pportione quinq; notule equiualent quattuor sibi consimilibus. ita vt vna queq; ipsarum quinq; diminuatur de quinta parte sue q̄ntitatis. Describitur auem in cantilenis hoc modo. 5. 10. 15. / 4. 8. 12. atq; destruitur a subsesquiquarta ipsistatim succedente. vt hoc probatur concentu.



Cantus. Sesquiquarta Subsesquiquarta.



Tenor.




Item ſeſquiquinta. Seſquiſexta. Seſquiſeptima. Seſquinona et cetere quotquot fuerint eodemmodo practicantur. Seſquiocta uam tamen quoniam frequentius eſt/que et Epygdous dicitur diſ finiuimus hoc pacto.

De proportione ſeſquioctaua.

Seſquioctaua proportio fit qn̄ maior numerus continet minorē ſemel et eius octauaꝫ partē. vt. 9. ad. 8. et. 18. ad. 16. et. 27. ad. 24. Hec em̄ ꝓportio nouem notulas octo ſibi conſimilibus equifacit: itavt ſingule queqꝫ ipſarū nouem diminuantur de nona parte proprie q̄titatis. Figuratur in cantilenis hocmodo. 9.18.27.
Et deſtruit a ſubſeſq̄octaua ſibi oppoſita: vt apud 8.16.24.
Franchinum ſequenti monſtratur concentu.




Cantus. Seſquioctaua. Subſeſquioctaua.






Tenor.




De proportione dupla superbipartiente tertias.


Dupla superbipartiens tertias proportio fit quum maior sequẽtium notularum numerus ad minorem p̄cedentiuꝫ ductus comprehẽdit eum bis et insuper vnam eius aliquantam partem factam ex duab⁹ tertiis partibus ipsius minoris. vt. 8. ad. 3. ⁊. 16. ad. 6. ⁊. 24. ad. 9. ⁊ deinceps. In hac em̄ ꝓportione octo notule equiualēt ⁊ cō mensurantur tribus sibi cōsimilibus: ita vt vnaqueqꝫ ipsarum octo diminuatur de quinqꝫ octauis partibus proprie q̄ntitatis. Figuratur eniꝫ in cantibus hoc modo. 8.16.24. Et destruitur a sub dupla superbipartiente tertias 3. 6. 9. sibi opposita. vt hic monstrat concentus.



Cantus. Dupla superbipartiens tertias. Subdupla su



perbipartiente tertias. Tenor.



¶ Reliquas autem subalternas et specialissimas eorumdem generum species diligens ex seipso perscrutator pari speculatione perquiret.

¶ Nicolai wolici Barroducensis rerum factarum liber explicit Feliciter.

¶ De contrapuncto/seu modo cōponendi Liber sextus.

¶ De contrapuncti diffinitione ac diuisione. Caput primum.

Musice actionis dilucidata tum simplicis/tum pictagorice natura siue essentia: maxime conducere nobis visum est. Harmonici modulaminis genus diffinire: quod auctore Baccheo nichil aliud est q̄ʒ mos vniuersum quid subindicans diuersas in se habens ideas. id est exemplaria: seu diuersas cantilene compositiones. quodquidem contrapunctum vocamus quasi concordem concentū extremorū sonoꝝ inuicē correspondentium contrapositis vocibus arte probatum. Uidentur enim modus componendi et contrapunctus realiter idem representare: tametsi nichil prohibeat eosdem et ratione et voce dispares esse. quandoquidem modus componendi quo ad diuersarum vocum connectio-

nem attenditur. ¶Contrapunctus vero ad plani cantus sortisatione. Unde sortisare est quelibet cantum variis/cuz concordia/modulationibus repente ordinare. ¶Componere vero est diversas harmonie partes discretis cõcordantiis in vnum coadunare.

¶ Est itaq3 contrapunctus ars flectendi cantabiles sonos proportionabili dimensione et temporis mensura: quem duplicem esse volunt. coloratum videlicet et simplicem.

¶ Contrapunctus coloratus est cum discantus aliquis vel tenor aut contratenor altus diversis notularum formationibus describuntur.

¶ Simplex quidem hic est/cum discantus nonnullus vel plures per semibreves dumtaxat fundantur in simplici tenore ex eisdem notulis composito: de quibus sequens fiet exigua et vtilis inquisitio. Quocirca sonos qui solum auribus conveniunt Boecius vna cum Brienio ipsi Ptolomeo consentientes Emeles quod aurium iudicio ad melodiam aptentur vocant. Simphonos vero quasi iaz similitudine participes ex superparticulari exquisitos consideratione consonos appellant. Sed eos qui iidẽ videntur omophonos vel equisonos nominant. Quorum omnium posteritas ipsa in contrapuncti arte distinctionẽ deduxit hoc pacto. vt antiphonas seu equisonas voces/perfectas dixerit contrapuncti species. Emeles imperfectas Consonas medias. Emeles igitur vt Faber stapulẽsis inquit is dicitur quem melos/concentusq3 non admittit. Nullus enim sonus cum suo puncto perfecte concordat. Nullaq3 vox cum altera preter octavam perfectam efficit concordantiam.

¶ Finita insuper est ars ipsa contrapuncti: q̃q3 cantilene varientur. Non enim arbitraria et varia sunt eius mandata: sed communia atq3 nota. Quanvis ergo cantilenarum modos et diversitates ad infinitum variari contingat. non tamen differt huiusmodi ars a ceteris artibus: quarum mandata sunt finita et communia/ac paucis limitata. cum ad infinitum: vt Anselmus asserit partialia et singularia procedant. Quamobrẽ in huiusmodi facultate q̃nto maior fuerit figurarum distinctio auctiorq3 earumdem numerus: ipsis nõ tñ confusus additamentis. Quibus queq3 voces ad melodiam dispositе certis temporibus decantari valeant/eo habilius properãtiusve ipsi cantores ad memoriam reducerent.

¶ Coniuncti idcirco soni et concordes per proportionabilem interuallorum mensuram in hac canorissima contrapuncti facultate traduntur.

¶ De interuallis/consonantiis et dissonantiis. Capitulum secundum.

Interuallum est soni grauis/acutiq spaciorum habitudo Spacium vero neruum/chordam/expiratum aerem/et quicquid simile a quo sonum elicimus appellant. que oīa proporcionem per species seu elementa ɔtrapuncti efficiūt instrumentoꝝ fidibus:atq vocali/grauiū/acutorumq sonorum cōcentu:ad commixtionem qua harmonica consurgit melodia consequendam. Huiusmodi autem interualla a musicis(vt supra lib.2. diximus)vel modi/vel species nuncupant. Que cum sint quidam taciti transitus a sono ad sonum non sunt audibilia:sed potius intelligibilia:vt Baccheus reffert. Omnem insuper ordinatum arte concentum:cui vocis suauitas deest:septimo legū diuus Plato longe meliorem putat quam qui est sine ordine. Uerum enimuero modis a sonorum vniuscuiusq scdm dyatonicum genus dispositorum numerositate nomina imposuere. Quod etsi vnisono qui simplex et solius existit nature minime contingat:tamē quod ceteris concordantiis siue speciebus(deriuantur enī ab ipso)plurimum augmenti conferat:quēmadmodū et numeris vnitas:et linee pūctus musici ipsum mutatis loco obseruantes cōcordantiis concorditer ascripserunt Dytonum quod duobus tonis et tribus sonis constet tertiā vocant. Dyatessaron.4. Dyapenthen.5. vocibus. Tonus cum dyapenthe sex sonis sextam vocent. Dyapason.8.notulis ꝓbatam octauā appellent:atq reliquas eodēmodo necesse est.

¶ Unde consonantia est dissimiliū inter se vocū in vnum redacta concordia. Uel(vt vult Tinctor)diuersoꝝ sonorum mixtura dulciter auribus cōueniens. de qua Jacobus. Fa. Sta. Consonantia est soni grauis/acutiq mixtura suauiter/vniformiterq auribus incidens. ex multiplici aut superparticulari ratione perfecta.

¶ Dissonantia(vt idem ait)est duorum sonorum nō se natura sua uiter miscentiū ad aurem perueniens aspera/iniocundaq percussio. Quam Tinctor sic diffinit. Discordantia est diuersorum sonorum mixtura naturaliter aures offendens.

¶ Preterea licet huiusmodi artis species secūdum Arithmeti

cos sint plures ac infinite cum numerus sit in infinitum multipli-
cabilis.22.que est dupla.24.que est.3.26.que est.5.& sic de aliis
queq3 istarum sub tribus duplis reperitur:nichilominus cōmunis
cantorum vsus vocumq3 possibilitas:20.contentatur vocibus:vi-
delic3 prima.2.3.4.5.6.7.&c.vlterius quidem pcedēdo vsq3 ad
vigesimā speciem. Ex quibus aute3.12.puta primā.3.5.6.8.10.12
13.15.17.19.20.dantur consonantie qm certā in chordotono vel in
certam dimensionem acquirunt. Est eñ chordoton⁹ chorda tenēs
omnes consonantias musicis pporcionibus dispositas.

¶ Relique autem intercepte sonorum coniunctiones.sc3.2.4.7
9.11.14.16.18.dissonantie dicuntur insuauiter aurium sensu3 ledē
tes:cu3 simul extreme feriunt chorde:puta scd̄a & quarta simplex
et septima:quarum nulla discantu3 maxime simplicem ingreditur
quippe que in cantilenis(nisi in velocissimo mensure temporalis
transitu)nullum consequuntur stabilem locum. Cum eni3 sibimet
misceri nolunt:& quodammodo integer vterq3 conatur peruenire:
cumq3 alter alteri officit.ad sensum auditus vterq3 irrefragabili-
ter transmittitur.

¶ De concordantiarum diuisione.
Caput tertium.

Concordantiarum huiusmodi. Alie simplices & primarie
que scilicet inter septem essentialiores & discretos sonos
concipiuntur. vt vnisonus:tertia:quinta & sexta. Alie re-
plicate & secundarie:vt octaua:decima:duodecima et tertiadeci-
ma. He enim equisone sunt precedentibus dupla dimensione con
cepte. Octaua nāq3 equisonat vnisono:decima tertie:duodecima
quinte:tertiadecima sexte. Alie vero triplicate et tertiarie:vt.15.
17.&.19.20. Quītadecima eñ equisonat vnisono:& octaue decima
septima tertie & decime.decimanona quinte et duodecime. Vige-
sima sexte et tertiedecime.

¶ Harum item concordantiarum queda3 scilicet.1.5.8.12.15.19.
perfecte vocitantur quoniam per se stare possunt:neq3 vna et ea-
dem tam penes arsim q̄3 penes thesim vti licet. Quedam imperfe
cte quoniam nulla per se stare potest:immo post se semper aliā exi
git videlicet perfectam viciniorem vnde suam recipiat essentiam
et perfectionem. Vtimur etiam sepenumero eadem tam in ascen-
su q̄3 in descensu.

¶ Rursus quidem partiuntur in molliores quas deorsum precipitant ad concordiam perfectam statim sub eis contentã tanq̃ ad proximiorem eius essentiam et perfectionem: maxime tenore cõsurgente: ad acutas sursum tendentes ad concinentiam maiorem: tenore presertim descendente: vel saltem vnisonum faciẽte. Quo fit vt tertia mollis quam ipsi semiditonicã vocant/ vnisonum exigit. et tertia dura quam dytonalem vel maiorem a maiore eius interuallo: quintam exposcit. Atq̃ idcirco huiusmodi varietate et incerta eius dimensione tertiam ipsam vagantem et imperfectam contrapuncti speciem duxerunt vocitandam. At quanto auctius et variabile fuerit medium ipsarum extremitatum interuallũ tanto huiusmodi cõmixtio naturã percipiet harmonie. Sexta autem maior que fit ex dyapenthe et tono post se duplam requirit. Minor vero que fit ex dyapenthe et semitonio cum non ingreditur discantum nulli perfecte speciei subordinanda censetur. inde huiusmodi variatione sextam ipsam vagantem veluti et tertiam possumus appellare. Idem q̃ cum ceteris agendum est, quoniam omnes ad predictas sunt reducende.

	6	13	20	
Consonantie	5	12	19	Quia equalem per duple et bisduple repetitionem sonum efficiunt.
quadripartite	3	10	17	
sunt.	1	8	15	

¶ Item cum tenor in Γut dixerit vt cantus non modo poterit vt in octauam exprimere secundum dyatonicam Guidonis institutionem: verum etiam sol. et in G solre vt grauem. Unaqueq̃ enim syllaba in graui disposita perfectam ad Γut equisonat octauam. videlicet dyapason consonantiam. Parimodo ad secundam clauẽ omnes poteris in introductorio concordantias ad. 19. vsq̃ facile conducere. quod presentis figure descriptione notissime percipitur.

¶ Sequitur figura.

e	la	to	20ª ad ut	19ª ad are	20	
d	lasol	to	19ª ad ut		19	
c	solfa	se		17ª ad are	17	
h	mi	apo	17 ad ut		16	18
b	fa	se		16ª ad are	13	16
a	lamire	to	16ª ad ut		Cōcor dāti cōp osite spēs 12 10 8	dis sonā tia 14 11
g	solreut	to		13ª ad are		
f	faut	se	13 ad ut	12 ad are		
e	lami	to	12ª ad ut		6	spēs 8 9
d	lasolre	to			5	7
c	solfaut	se		10ª ad are	3	4
h	mi	apo	10ª ad ut			
b	fa	se		8ª ad are	1	2
a	lamire	to			19	
G	solreut	to	8 ad ut		15	
F	faut	se		6ª ad are	per fecte 12 8	q̄ per se stāt
E	lami	to	6ª ad ut	5ª ad are	Cō cor 5	
D	solre	to	5ª ad ut		dan cie 1	
C	faut	sed		3ª ad are	fē du 20 17	
h	mi	to	3ª ad ut		pfi ces 13 10	
A	re	to9		unison9	imp fecte 6 3	q̄ nō stāt p se
Γ	ut		unisonus			


¶ Atq; ad reliquas consimilis erit concordantiarum inuicem con sideratio: videlicet non solius vtrinq; syllabe dispositione: sed pro porcionatis inuicem sonis per congruas iteruallorum dimensiones.

¶ De diuersarum vocum cōpositione. Caput quartum.

Affectās em̄ cōponere quicq; p̄mū tenorē vel aliquē aliū chorū ponat ad placitū necesse ē ita vt bene formet scd̄m toni exigētiā sub quo regulat. Sitq; callid⁹ i cōte rēdis ꝓportionibus siue modis: nc qd minus apte vel dissonū: vt puta tritonū/semidyapēthe/aut semidyapason. vel quēpiā aliū in sitatū modū ponere conet. neq; magnis iteruallis ipm tenorē cōfi ciat. sed pūctati p secūdas. 3. 4. ꝓcedere plurimū eundē exornet: nōnunq; tn̄ etiā p qntas & sextas. sed nō nisi in certis tonis: veluti per tertias i p̄mo qnto et septimo. p sextas. vt in tertio. Maiori tn̄ ope conādum censeo melodie quis studeat suaui/discrete/et ama bili. & cū tenor nimis basse ꝓcesserit sursum transponat ad quartam vel qntā aut deniq; vspiā alibi cū recte neumari poterit ibidē vt in libro de tonis sufficienter demonstratū est. Quibusquidē ita dispo sitis ponantur tunc alii chori modo quo sequitur.

¶ Discantus vt Johēs Tinctor inquit: est cantus ex diuersis voci bus & notis certi valoris editus. Vel sic. Discant⁹ est aliquorum di uersorum cantuū consonantia: quē nōnulli supremū vocāt/quasi sit il la pars cant⁹ cōpositi que altitudine ceteras excedit. Dr̄ em̄ discā tus tanq; diuersus cant⁹ cū cant⁹ ipsi quib⁹ constituitur discantus differri debeant: ita videlicet: si vnus ascēdit alter descendat: & ecō uerso. Possunt tn̄ simul ascēdere vel descēdere ob cant⁹ suauitatē Nos vero discantū p. vno dumtaxat choro puta altiori accipimus.

¶ Tenor est cuiusuis cantus compositi fundamentum relationis.




Tenor ascendit. Et descendit.




Discantus descendit. Et ascendit.

¶ Quandoq̧ enim notulas supremi siue etiam contratenoris notulis: cantus plani pro tenore: hoc est relationis fundamento dispositis equifaciunt singulas singulis referendo: ac semibreues tantum in medium deducendo. Hunc simplicem et planum contrapunctum vocant quandoquidem equa temporis mensura notule om̃es instituuntur: vt hoc notatur concentu.



Contrapunctus.



Tenor.

¶ De preceptionibus siue regulis contrapuncti. Caput quintum.

Quibus vero modis ipsa cantilenarũ elementa sese mutuo consequantur octo mandatis musici distinxerunt. ¶ Prima regula est q̧ cuiuslibet carminis principia per concordantias perfectas sũmantur: vt puta per vnisonum. vel. 8. vel. 15. seu etiam in. 5. ac. 12. quas q̃uis perfecte minime sint: ipsa tamen suauiore sonoritate perfectis ascribunt. Uerum quidem arbitraria hec lex est. quoniã perfectionem in cunctis rebus non principiis sed terminationibus attribuant. Hinc cantilenarũ exordia imperfectis cõsonãtiis ordinauerũt. vt exẽplaribus practica cõprobabit. ¶ Secunda regula est q̧ due perfecte species eiusdem generis non possunt consequẽter et imediate simul ascendendo vel descendendo in cantilena cõstitui: vt puta duo vnisoni vel due octaue aut due quintedecime: vel due q̃nte siue due duodecime: que etsi perfecte non sunt: perfectis tñ (ob quã sortiunt suauitatem) connume-

rantur: earumdem mandata et regulas seruantes. Hec enim preceptio non arbitraria est sed legalis. quamlibet prorsus exceptionem reiiciens.

¶ Nonnulli preterea sunt qui duas quītas simul ascendentes vel descēdentes: modo diuersis protense sint q̄titatibus ꝛ interuallis vna perfecta: altera diminuta pronunciari posse fatentur. quodquidem ipse ego in celeberrima diui stephani Metensis Basilyca rectorio (Gymnastes) fungens officio disceptari in canorissimo cantorum cetu audiui. Quā quū Andreas quintam in fracto seu florido contrapuncto reiterasset/ a senioribus confestim reprehensus est. aduersus quem la mouche omnium ambiciosissimus vehemētius inuehebat: q̄q̄ probabili ratione minime motus esset: multorum tn̄ potius casualiter contradicentiuꝫ audacia cōfisus Andree rationes non considerans/ qui postq̄ omnē pene Galliam vna cuꝫ magnifico dn̄o suo dn̄o Nicolao Baudoch dignissimo Meteñ. prothonotario peragrasset: se a doctissimis audiuisse idētidē affirmās Item etiam cum optimus esset compositor et musicus organicus hanc secundam Franchini Gaphori regulā imitatus sic dicentis. Tamen quinta ipsa (quod organiste asserunt) minime ac latentis/ incerteq̄ quodāmodo q̄titatis diminutionem patienter sustinet: quequidem ab ipsis participata vocatur.

¶ Tertia regula est q̄ inter duas perfectas eiusdem generis cōcordantias diuersis vel consimilibus motibus intensas aut remissas: vna salteꝫ īperfecta concordantia: puta tertia vel sexta et eiusmodi: debet media constitui. Plures item imperfecte similes/ atq̄ etiā dissimiles: vt due. vel. 3. vel. 4. tertie ꝛ vna aut plures sexte inter duas ipsas pfectas eiusdē generis q̄ decenter disponuntur.

¶ Quarta regula est q̄ plures perfecte et dissimiles concordātie ascendentes vel descendentes possunt in contrapuncto consequēter deduci: veluti. 5. post vnisonuꝫ vel post octauam. et octaua post quintam. ac relique eodemmodo. vt experientia constat.

¶ Quinta regula est q̄ in contrapuncto consequenter ꝛ immediate constitui possunt due perfecte concordantie similes: modo dissimilibus procedant motibus atq̄ contrariis. vt si duarum octauarum prima in acutum sit protensa/ secunda in graue remissa: et ecōuerso. Similiter quum fuerint due quinte immediate succedentes quarum prima per thesim ducta sit. secunda per arsim/ vel econuerso.

¶ Sexta regula est q̄ in contrapuncto partes cantilene sciliceꝫ tenor et cantus/ atq̄ contratenor debent inuicem esse contrarie in

motu: vt cū cant⁹ ascendit tenor descendat: et econuerso. Atq₃ contratenor eodē modo se habeat cū altera ipsarū partiū. Hec lex aūt arbitraria est: qm̄ tenoris notule notulas cant⁹ penes arsim ꝛ thesim consimilibus motibus subsequuntur.

¶ Septimū mādatū est: ꝙ qn̄ ex concordantia imperfecta ꝑfectā petim⁹ concordantiā tanq₃ cantilene terminationē: vel alicui⁹ partis eius harmonice ad ꝓpinquiorē₃ ꝑfecta₃ diuersis vtriusq₃ partis motibus acquirendā concurrere necessum est. Qđ propriū est sexte maioris ad octauā sc₃ transmeare. Minor vero sexta ad quintā frequētius reuertitur vnico motu: altera sc₃ cantilene parte imobili: altera mobili. cōtrariis vero motib⁹ ad octauā itē pertransit: qđ a simili de tertia respectu vnisoni et quinte operandum est.

¶ Octaua regula est ꝙ oīs cātilena d₃ finiri et terminari in concordātia ꝑfecta: vc₃ aut in vnisono. vt veneti consueuerunt: aut in octaua: aut in quintadecima. qđ oīs musicorū schola frequēti⁹ obseruat gratia harmonice mediocritatis ꝑficiende: qn̄quidem finis teste philosopho vniuscuiusq₃ rei perfectio est.

¶ Notādū est ꝙ nūq₃ plures sexte in ascēsu se sequi possunt: q̄uis hoc ipm̄ in descensu optime fieri poterit. ita tn̄ vt vltimā istarū sequatur vna ꝑfecta: puta ipsa dupla quā req̄rit. Potest tn̄ nōnunq₃ sextā seq̄. 10. tenore cadente ditono vel ad dyatessaron. Interdum etia₃ seq̄ poterit eam ditonus tenore ascendente per dyatessaron.

¶ Preterea discātus nunq₃ vel raro poni d₃ supra tenorē in q̄nta posito tn̄ cōtrapūcto infra tenorē in dupla. imo sepenumero in tertia/6. 8. vel. 10. poni poterit. ꝛ hoc scđm consonantiarum exigētiā.

¶ Postremo volunt eundē semꝑ formalib⁹ clausulis claudi. neq₃ saltū pati ad dyapason deorsu₃ lic₃ bene sursu₃. ita tn̄ ꝙ semꝑ dulcior melodia obseruetur. Unde clausula vt Tinctor precipit est cuiuslibet partis cantus particula in fine cuius vel quies generalis vel perfectio reperitur.

¶ De formatione partium contrapuncti. Capitulum sextum.

Prima rl'a. Si discātus ponit̄ in vnisono cū tenore bassus poni poterit in 3. 5. 8. 10. 12. infra tenorē. E diuerso quoq₃ cum bassus positus fuerit cum tenore in vnisono discātus pari forma supra tenorem poni poterit.

¶ Scđm mandatū est ꝙ si discantus sedē in tertia supra tenorem collocarit: bassus poni poterit infra tenorē in. 3. 8. 10. nōnunq₃ etiā in sexta: dū fit de sexta i octauā clausulatio. Parimodo aūt cū bas

sus sedem in tertia infra tenorem statuerit discantus sibi iungi poterit in.3.6.8.10.supra tenorem.

¶ Tertia preceptio est/q quandocunq discantus in.5.supra tenorem constitutus fuerit.bassus pot sibi iungi in unisono cu tenore vel in.3.supra tenorem. Sed infra non nisi in dyapason.nonnunq etiam in.6.quum tenor discantus formam assumpserit.dumq fit/de.6.in.8.clausulatio et hoc permanente supremo cum contrapuncto in decimis qm huiusmodi dispositio dulcissimum reddit sonu. Sic quoq si bassus ponitur in.5.sub tenore discantus potest sibi iungi in unisono.sexta vel octaua.

¶ Quarta regula e/q si discat supra tenore in.6.locatus fuerit:bassus debz poni in.5.vel salte in.3.aut i.12.vel salte in.10.ifra tenore.

¶ Quintu preceptu est/q quum catus cu tenore octauam tenuerint:bassus tertia vel quinta supra tenore occupabit. Aut.3.5.8.10.12.infra tenore. Si aute bassus ponitur in.8.infra tenorez. Discantus potest sibi iungi in eisde concordantiis iaz dictis supra tenore.

¶ Sexta regula est/q si organizans.10.supra tenorem attigerit. Baritonans hinc.3.5.8.supra tenorem aut tertiam.8.vel.10.infra tenorem inuestigat.

¶ Septima regula est/q si baritonans.10.infra tenorem sonuerit. Supremum iungitur eidem in.3.6.8.vel.10. Si vero bassus.12.sub tenore tetigerit:organizans poni potest i.6.vel.8.supra tenorem.nonnunq etiaz in.4.supra tenorem stante contrapuncto in 12.5.vel saltem in.3.sub tenore.

¶ Quod quum quadruplum siue quintuplu cocorde tribus ipsis volueris apponere ipsum diuersis speciebus secundu regulas ac mandata contrapuncti alternatim ac mutuu applicare procures.

¶ Item sunt q(interposita etia pausa semibreui)duas cosimiles concordantias pfectas imediate ascedentes aut descendentes.no admittunt quanq his complures dissentiant quum pausa semibreuis integram temporis mensuram obseruet.

¶ Condecenter itaq due aut plures semibreuiuz pause duas cosonantias pfectas consequenter ascendentes aut descedentes mediabunt siue in tenore siue in catu seu etiam in contratenore aut in baritonante deducte sint.

¶ Est et ornatissimus quida notularu pcessus videlicet baritonatis ad organizantis notulas institutus paribus notulis p decimam inuice pcedentibus:tenore ad singulos cocorditer commeate: que Franchinus Gaphorus Laudensis in sua musices practica obseruari

precipit Tinctorez/Guillielmū guarneriū/Josquin desprez/Gaspard/Alexandrū agricolā/Loyset/Obrech/Brumel/ysaacū in testimoniū adducēs:qd plerunqʒ Johēs lespicier/ꝛ Pierquin de Nancy apud lothoringos obseruarunt.

¶ Quibus clausulis vnaqueuis cantilene pars claudi debeat. Caput Septimum.

OMnis enim cantilena artificialiter composita:quo ad discantum:tenorem et bassum non nisi formalibus clausulis vult clausulari. ¶ Eocirca quelibet organizantis clausula ex tribus contexta notulis vltimā sp habebit sursum. ¶ Omnis vero. Tenoris clausula ex totidē notulis cōstituta vltimā habebit deorsum. ¶ Postremo autē dicas ꝙ cōtrapūcti clausule diuersis formenē discursibus. Jā cadentes per quintā deorsum. Jam vero per quartam. Aut sursum tendentes. Dyatessaron adimplent.

¶ Rursus musicaliter animaduertendum censeo:ꝙ quiuis organizans in quacunqʒ claue sit/positus sp eius penultimā in.6.supra tenorē collocet. Baritonans vero eandē in.5.infra tenorē claudat.

¶ Est idcirco summopere aduertendum ꝙ si tenor clauditur ī mi discantus debet sibi iungi vt supra. Penultima autem contrapuncti poni debet in.3.et non in.5.infra tenorem. Si vero tenor supremi clausulam assumpserit:capiat idem supremum tenoris formulā de.3.in vnisonum clausulando cū tenore.et stabit penultima contrapuncti in.3.vel etiaʒ clausulando de.5.in.3. Ita videlicet vt bassus cum tenore formeē de.6.in.8.sitqʒ positus sub discantu in.10

¶ Superest.6.qui magis participat de.5.ꝙ̄ de.8.quoniam quinte ipsi propinquior est et contigua:que cum longe distet perfectione ab.8.sexta ipsa ipsius quinte particeps imperfectioreʒ obtinuit sonoritatem/ꝙ̄ tertia que et quinte et vnisoni(tanꝙ̄ medium ad extrema)participat perfectionē. Nota ꝙ in specie perfecta aut.4 mi contra fa poni non debet ꝙ̄uis in consonātiis imperfectis hoc ipsum optime fieri liceat. Sane igitur duximus concludendum cōtrapunctum variis figuris ac speciebus seu elementis(legalium tamen mandatorum obseruatione)posse constitui:quod organizantiuʒ atqʒ compositorum nouimus arbitrio esse committendum.

¶ Liber sextus qui est de contrapuncto explicit.

¶ Habetis nunc candidissimi lectores nostras musice exercitationis elucubrationes:excerptasqʒ doctissimorum musicorum rationes:non minore a me forsitan ingenio et industria annexas ꝙ̄ tacito a plerisqʒ exoptatas desiderio quippe q̄ quum in legendis theorice libris fueritis defatigati quasi quedam accidula alimenta sto-

machum recreent/et refoueant. Quod si in huiusmodi opusculo quis deprehensus sit/error: non indignentur idcirco docti viri: cũ hec mea annotata mathematicis atq; musicis quibusq; peritissimis perpendẽda relinquam et castiganda valete.
¶ Admonitũ te peruelim lector optime. hos errores exemplaris scabro dicas admissos: quibus et Sententia variari et mens perlegentis dubia reddi potest. Corrigantur preterea hoc modo.
¶ In.40. primi tenoris notula debet sursum scribi in c solfaut ceterasq; secum trahit. ¶ Item bassus secundi concentus habebit adhuc vnam notulam in vnisono cũ.13. ¶ Item due desunt notule vna in d lasolre et alia in elami inter.27.et.28. tenoris compositi cantus ficti.

¶ Eximii doctoris Theologi Egidii delphi.
Exasticbon in Musicam.

Cantica sũmus amat rector: qui condidit orbem
Perpetuis numeris: qui docet omne bonum.
Sic placuit Dauid. sic frangitur ira tonantis.
Hac causa Ezechie protulit ille dies:
Ut psalmos caneret per vitam illustrius omnem.
Ergo modos sacros discito quisquis eris:

¶ Enchiridiõ musices Nicolai vvollici sororisuille Barroducẽs. sex libellis comprehensum Finit Feliciter.
¶ Impressum Parisii impensa honestissimorũ virorum Iohãnis Parui ad itersigniũ leonis argentei. et Francisci Regnault ad intersigniũ diui Claudii cõmorãtiũ. Anno virginei partus.1512.14. kalendas Nouẽbris.







